Quiditatiue: qñ neutrū extremoꝝ ꝯnotat ſuꝑ reliquū nec intrinſice nec extriſice. vt Hō eſt aľ. rōnale eſt ſenſitiū̅. albū eſt coloꝛatū Hāc noïant

Qualificatie. qñ vnū extrēoꝝ (ꝑtionē q̇ditatiaz ꝯnotat intrinſice ſuꝑ reliquū. vt hō eſt rōalis. aľ eſt ſenſitiū̅. Hec vocat predicatio qualificatiua

Accñliter. qñ vnuz extremoꝝ ꝯnotat extrinſice ſuꝑ reliquū Hanc nominãt predicationē accñtalem. Et hoc contingit dupliciter. vel

¶ Nccio et intranſmutabiliter. qñ impoſſibile ē extremū cōnotatiuū ſiue magis ꝯnotatiuū. ſiue ſubiectū ſiue ꝑtū fuerit. vere negari de reliq̄ ꝓ quolibet ſuo ꝓcato. vel ſumpto cū ſigno vľi negatiuo. vt Hō eſt riſibilis Petrus eſt riſibiľ Aľ eſt riſibile Hāc vocāt ꝑdicatōez Neceſſariam.

¶ Contingent ſiue tñſmutabiľr. qñ poſſibile ē extremū magꝭ ꝯnotatiū̅ ꝟe negari de reliq̄ ꝓ q̄libz ſuo ꝓcatoꝝ ſumpto cū ſigno vľi negatio vt hō eſt albꝰ Albū ē ſubā Albū ē ens Jgnis ē calidus Coruꝰ eſt niger Cygnꝰ ē albꝰ Nā licz ī poſterioꝛibus tribꝰ ꝑdicatū nō poſſit ꝟe negari de ſubicto aliquid ꝓcante ſtāte cōi curſu nature tñ hoc nō eſt ſimpľr ipoſſibile. qꝛ hūana induſtria gñrari pñt albi coꝛui ꝛ ignis chaldaicꝰ tribꝰ pueris in foꝛnace diuina virtute refriguit Hanc nominant predicationē ꝯtingentē ꝛ tranſmutabilē.

¶ His facile cognoſci poteſt materia ꝓpōnis. Nec incōgrue de ea ſit ſermo hoc in loco q2 materia ꝓpōnis aliud nihil eſt quā extrema ꝓpōnis relata ad ſe certa predicatiōe ſiue habitudine ꝑdicandi Hinc querere in qua materia ſit ꝓpō nihil aliud eſt quā querere quō extrema ꝓpōnis de ſe predicent Quare ꝓpoſitio in inꝑ ꝑtatur per ex qn̄ dicit ꝓpoſitio eſt in materia Cognoſcitur aūt materia ex paulo ante dictis in hunc modum.

In oī ꝓpōe cathegorica in q̄ extrema ꝑdicāt de ſe
- Deſperate. eſt in materia remota
- Non deſperate et
  - Eſſentialiter
    - Neceſſario vl' intrāſmutabilit' — eſt in materia naturali ⁊ in — primo / ſecūdo — modo dicendi ꝑ ſe
  - Accidentaliter.
    - Contingēter ſiue trāſmutabiliter. eſt in materia contingenti et peraccidens vera vel falſa.

Si vero alterū extremoꝝ ꝓpōnis eſt complexū ex diuerſis partib9 eiuſdē caſus quarū neutra eſt determiatio alterius. que diuerſa predicatiōe enūciant' de alio extremo ꝓpō eſt in materia mixta. vt Homo ē riſibile vel aſinus. que parti eſt in materia naturali ⁊ parti in materia remota Homo eſt aīal vel albus eſt parti in materia naturali ⁊ parti ꝯtingenti Addit' quaꝝ neutra eſt detminatio alteri9 ꝓpter illas Homo eſt magnus aſin. Homo eſt manſuetū aīal. in quib9 adiectiuum et ſubſtantiuā ꝓpter mutuā determinationē reputant' ꝓ vno termino et prior eſt in materia remota ⁊ altera in materia contingenti.
Ad hunc ſenſum recipiantur ſequentia.

## Propoſitionū Cathegoricarū triplex eſt materia. Naturalis Contingens ⁊ Remota. Naturalis eſt in qua predicatū eſt de eſſe ſubiecti vel ꝓpriū eius Contingens eſt in qua predicatū poteſt adeſſe ⁊ abeſſe ſubiecto preter ſubiecti corruptionem Remota eſt in qua predicatū non poteſt conuenire ſuo ſubiecto.

Quibus Correlariȷ̄ loco ſequit'. ꝙ om̄es ꝓpōnes eorundem extremoꝝ. copulis vel ſincathegorematib9 vtcūqȝ variatis. ſunt in vna materia. Et ſic in quacūqȝ materia fuerit ꝓpoſitio aliqua. in eadē eſt ſua cōtraria. ſubcōtraria. ꝯdictoria ⁊ ſubalterna. Conuertens. ſua de p̄nti. ꝑterito. futuro. poſſibili. ꝯtingenti. neceſſario ⁊ impoſſibili. vt ſequentes oēs ſunt in materia naturali. Oīs homo eſt aīal Nullus homo fuit aīal. quidā homo erit aīal. omnē hominē ꝯtingit eſſe aīal. quoddam animal ē homo ⁊c.

# Caput i. de vl'ibus

Nec te ſugiat duplicem adhuc eſſe predicationē Aliam directā ſiue ordinatam Aliam indirectā ſiue inordinatam.

Predicatio

¶ Directa ſiue ordinata eſt. qñ ſuperius predicat̄ de inferiori. vel cōnotatiuū de abſoluto ⁊ ſuppoſitalit̄ ſ̄cat plura ꝙ̄ abſolutū vł' eque mł'ta cum eo vt Homo eſt aníal. homo eſt riſibilis. Homo eſt rōnalis. hō eſt albus. Additur ⁊ ſuppoſitaliter ſ̄cat plura. ꝓpter ſequētes orōnes Aníal eſt riſibile Aníal eſt rationale. in quibꝰ eſt predicatio īdirecta.

¶ Indirecta ſiue inordinata eſt. qñ inferius predicat̄ de ſuꝑiori. vł' abſolutā de ꝯnotatiuo ⁊ connotatiuū ſuppoſitaliter plura ſignificat ꝙ̄ abſolutū. vel eque multa. vt Aíal eſt homo Riſibile eſt homo Rōnale eſt homo Albuꝫ eſt homo. Addit̄ et ſuppoſitaliter ſ̄cat plura. ꝓpter ſequētes orōnes. Riſibile eſt aníal. Rōnale eſt aíal. in quibꝰ nō eſt predicatio indirecta ſed directa.

¶ Poſt hec dicemus de quinꝗ vniuerſalibꝰ ſeu ꝑ̄dicabilibus ſeꝑatim ⁊ in ordinē Genus logicū nihil aliud eſt ꝙ̄ vniuerſale (.i. terminus cōis incomplexus) habens aliud vniuerſale (.i. aliuni terminū cōeꝫ incomplexū.) eſſentialiter inferius ſe. ſic qđ de ipſo poteſt ꝑ̄dicari eſſentialiter ⁊ quiditatiue. vt nomē aníal eſt genus. quia eſt terminꝰ cōis incōplexus habens termíos cōes inferiores ſe. vt hō. aſinus. bos. leo. equus. de quibꝰ poteſt ꝑ̄dicari eſſentialiter ⁊ q̄ditatiue. Ita ꝙ̄ coloratū eſt genus reſpectu illoꝝ terminoꝝ. albū. nigrū. viride glaucū. Ad hunc ſenſuꝫ recipiāt pueri ſequētes duas diōnes generis poſitas a purphirio.

## 1. Genus eſt cui ſupponitur ſpecies.

Que exprimit habitudinē ſignificandi ipſius generis. puta quod habeat aliud vniuerſale eſſentialiter inferius in ſignificato vel in modo ſignificandi.

## 2. Genus eſt quod ꝑ̄dicatur de pluribus ſpetie differentibus in eo quod quid eſt.

Que exprimit habitudinē predicandi ipſius generis. puta quod poſſit predicari eſſentialiter quiditatiue de termīs ſignificātibus res eſſentialit̄ diſſimiles.

¶ Sic aūt predicari cōuenit oībꝰ ⁊ ſolis termīs cōībus habentibꝰ alios t̄minos cōes eſſentialiter inferiores. q: ſolus talis terminus cōis ſ̄cat res eſſentialiter diſſimiles vel ſpetie differētes Nam terminꝰ cōis non habens aliū terminū cōem eſſentialiter inferiorē ſignificat res eiuſdem ſpēi ⁊ eſſentialiter ſimiles salteꝫ in eo genere in quo ſunt eſſentialiter inferiores vt hō. equus. vł' aſinꝰ. ⁊c̄ q̄ ſignificant res eiuſdē ſpēi ⁊ eſſentialit̄ ſil'es in genere ſubē ⁊ aíalis. licet eedem poſſint eſſe diuerſarū ſpetieꝝ et diſſimiles in genere qualitatis aut quantitatis ⁊c̄.

Preterea genus duplex eſt Quoddam

Nullum habꝫ vl'e ſuperius ſe qđ poſſit de ipſo ꝑ̄dicari eſſentialit̄ quiditatiue. Et hoc dicit̄ genus gñaliſſimū. quia nō habet aliud genꝰ generalius et ſuperius ſe reſpectu cuiꝰ poſſit dici ſpēs Et ſunt nūero decem Ens (ſiue ſubā cōmunit̄ ſumpto vocabulo) quātitas. qualitas. relatio. actio. paſſio. ſitus. habitus. vbi. quādo.

Habꝫ aliud vl'e ſuꝑius ſe. qđ pōt de ipſo ꝑ̄dicari eēntialiter quiditatiue Et hoc dicit̄ genꝰ ſubalternū. q: ſubalternat̄ (.i. ſupponit̄) alteri generi eſſentialit̄ ſuꝑiori reſpectu cuiꝰ poſſit dici ſpēs. vt aníal eſt genus ⁊ ſuperius ad hunc terminū homo et ſupponitur huic generi corpus animatum reſpectu cuius eſt ſpeties.

Bis ſatis intelligi poſſunt ſequẽtes def.nitiones. quarum meminit Purphirius Et ſunt priores due generis generaliſſimi Alie due generis ſubalterni.

1. Eſt quod cum ſit genus non poteſt eſſe ſpecies.

2. Eſt ſupra quod nõ eſt aliud ſupraueniens genus.

1. Eſt quod cum ſit genus poteſt eſſe ſpecies.

2. Eſt ſupra quod eſt aliud genus ſupraueniens.

¶ Spec.es vero logica nihil aliud eſt q̃ʒ vniuerſale habens aliud vniuerſale ſup̄ ſe p̄dicabile de ipſo eſſentialiter q̄ditatiue vt hoc vocabulũ Homo eſt ſpẽs. qꝛ eſt vl'e hñs eẽntialit̄ ſup̄ ſe hoc vl'e Aĩal Silr̄ aĩal poteſt dici ſpẽs. qꝛ habʒ ſupra ſe eſſentialit̄ hoc vl'e corpus. Ita quoqʒ Albũ ⁊ nigrũ ſunt ſpẽs qꝛ hñt ſup̄ ſe eeñalit̄ter hoc vl'e Coloratũ. Et rurſũ coloratũ põt dici ſpẽs. qꝛ habʒ eeñalit̄ ſup̄ ſe hoc vl'e q̄le Hoc in ſenſu recipiant ſequẽtes definitiones ſpẽs. q̃s ponit Purphirius

1. Species eſt quod ſub aſſignato genere ponitur.

Que exprimit habitudinẽ ſignificandi ſpẽi. puta quod habeat aliud vniuerſale eſſentialiter ſuperius in ſignificato vel in modoſignificandi.

2. Species eſt de quo gen⁹ in eo quod quid predicatur

Que explicat habitudinem predicandi.

Preterea ſpecies eſt duplex quedaʒ
- Nullũ habʒ vl'e inferius ſe de q̃ põt p̄dicari q̄ditatiue Et dꝛ ſpẽs ſpẽaliſſima qꝛ nõ habet aliud vl'e ſpecialius vel inferius ſe vt hõ equ⁹. bos q̃m non põt dari termin⁹ cõis eſſentialit̄ inferior ad aliquẽ illorum.
- Habʒ aliud vl'e inferius ſe de q̃ põt p̄dicari eſſentialit̄ q̄ditatiue Et vocatur ſpẽs ſubalt̄na qꝛ ſubalternat (.i. ſupponit) ſibi aliã ſpẽʒ vt aĩal eſt ſpẽs reſpectu eſſentialit̄ ſup̄ioris .i. corpus et ſupponit ſibi hãc ſpẽʒ homo reſpectu cuius eſt genus.

Quibus facile intelligi poſſunt ſequentes definitiones Priores quatuor ſpẽi ſpecialiſſime Poſtreme due ſpeciei ſubalterne.

1. Eſt qd̄ p̄dicatur de plurib⁹. ſolũ numero differentib⁹ in eo quod quid eſt.

2. Eſt qd̄ cum ſit ſpecies non poteſt eſſe genus.

3. Eſt ſub quo non eſt inferior ſpecies.

4. Eſt quod cum ſit ſpecies non diuiditur in ſpecies

1. Eſt quod cum ſit ſpecies poteſt eſſe genus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0022-8

**z. Eſt ſub quo eſt inferior ſpecies.**

His claret qđ oē vl'e vel eſt gen⁹ vel ſpēs ⁊ oē gen⁹ ſubalternū etiā eſt ſpēs ſubalt̄na ⁊ ediuerſo reſpectu tñ diuerſoꝝ Nā reſpectu inferioris eſt gen⁹ et reſpectu ſuperioris eſt ſpecies.

¶ Preterea dr̄ia logica aliud nihil eſt q̄ꝫ t̄min⁹ cōis ꝯnotatiu⁹ nō trāſcendens. Et vocat̄ dr̄ia. qꝛ ex ſuo mōꝑcādi pōt eē mediū ad ꝯcludendū rem q̄ꝫ ꝑcat (.i. de cui⁹ noīe vere ⁊ affirmatiue ꝑdicat̄) differre ab alia re quā nō ꝑcat. ſiue de cuius noīe vere negat̄ vt ille t̄min⁹ Rōnale eſt dr̄ia hoīs qꝛ eſt t̄min⁹ cōis ꝯnotatiuus nō trāſcendens potens eſſe mediū ad ꝯcludendū hoīem q̄ eſt rōnalis differre ab equo q̄ nō eſt rōnal' Nā bene ſequit̄ Hō eſt rōnalis et equus nō eſt rōnalis g̊ hō differt ab eq̄ Ita q̄ꝫ Calidū eſt dr̄ia cygni a coruo Additū eſt Nō tranſcēdens ꝓpter excludere hos terminos. vnum. bonū. verū. et ſimiles. qui ꝓprie nullius ſunt differentie. Sunt aūt huiuſmodi termini multiplices.

Quidam cōnotat

- Extriſice vel accidentalit̄ et de illo cuius eſt dr̄ia naturaliter
  - Poteſt vere negari. vt ſedere reſpectu hoīs Et vocat̄ a purphirio dr̄ia cōiter dicta ⁊ alio noīe accn̄s inſeparabile Nam pōt eē mediū ad ꝯcludenduꝫ illđ de cui⁹ noīe verificat̄ differre ab alio de cui⁹ noīe vere negat̄. vel a ſe ipſo ꝓ eo tp̄e q̄ de ſe negatur alteritate quadā ſiue accn̄tali habitudine (.i. alit̄ ſe habere qn̄ de ſe negat̄ q̄ꝫ qn̄ de ſe affirmat̄) Verbi grā. bn̄ ſequit̄ Joānes nunc ſedet. et Joannes poſt hoc nō ſedet igit̄ Joannes nunc aliter ſe habet q̄ꝫ poſt hoc
  - ¶ Non pōt vere negari vt calidū reſpectu ignis Et vocat̄ dr̄ia ꝓprie dicta. vel alio noīe accn̄s inſeparabile Naꝫ pōt eſſe idoneū mediū ad ꝯcludenduꝫ illud cuius eſt accn̄s inſeparabile differre ab eo cui⁹ non eſt accn̄s. vel nō inſeparabile accn̄s. vt ignis ē inſeparabilit̄ calidus. et aqua non eſt inſeparabiliter calida g̊ ignis differt ab aqua.
- Intrinſice et eſſentialiter. vt Rationale reſpectu hominis. hec dicitur a Purphirio dr̄ia magis ꝓprie dicta et eſſentialis. quia poteſt eſſe mediū ad ꝯcludendum illud de cuius nomīe vere predicatur differre ſpecifice ⁊ eſſentialiter ab illo de cuius noīe vere negat̄. vt Homo eſt rōnalis ⁊ aſinus nō eſt rationalis. g̊ homo ſpecifice ⁊ eſſentialiter differt ab aſino.

His colligitur tris eſſe acceptiōes dr̄ie. quas Purphirius ſequētibus verbis definit. et poſſunt notificatiōes ille ſatis cognoſci ⁊ interp̄tari ex paulo ante dictis

**Differentia cōmuniter dicta eſt qua alterū differt ab altero vel a ſe ipſo alteritate quadam.**

**Differentia ꝓprie dicta eſt qua alteꝝ differt ab altero inſeparabili accidente.**

**Differētia magis ꝓprie dicta eſt qua alterū differt ab altero ſpecifica et eſſentiali differentia.**

Ponit preterea Purphirius quatuoꝛ diuiſiones differentie in hunc modum.

1\. Differentiarum quedam facit
- Alteratum — ꝙ pōt eſſe mediū ad ꝯcludendū illud de cui⁹ noīe verificatur ab eo de cui⁹ nomīe vere negatur differre — Accīſtaliter. vt dr̄ña cōiter dicta et proprie dicta
- Aliud — eſſentialr̄ ꝛ ſpecifice. vt dr̄ña magis proprie dicta

2\. Differentiarum quedam eſt
- Separabilis. que naturalit̄ poteſt vere negari de illo cuius eſt differētia. vt differentia cōmuniter dicta.
- 3\. Inſeparabilis ꝛ horum quedam eſt
  - Per accñs. ꝙ predicatur de illo cuius eſt differentia accidentaliter. vt differentia proprie dicta.
  - Per ſe. ꝙ predicatur eſſentialiter de illo cui⁹ eſt differentia. vt differentia magis ꝓprie dicta Et harum quedam eſt.
    - Diuiſiua generis.
    - Conſtitutiua ſpeciei

4\. Differentia diuiſiua generis. eſt que cum dr̄ña ſibi oppoſita diuidit genus (ſubaudi quo ad ſignificationē) ſic ꝙ diſiunctū ex ambab⁹ differētijs ſignificat idem cōuertibiliter cū genere et vtraqꝫ earū ſe ſola poſita ſignificat partem illarū rerū que importantur per genus.

Conſtitutiua ſpēi. eſt que cū genere cōſtituit ſpeciē (.i. definitionē ſpeciei) et cōuertitur cū ea. vt corporeum additū generi ſubā facit definitionē corporis Nam hoc complexū. ſubā corporea eſt definitio corporis Hec diuiſio nō eſt realis ſed noīalis ſiue rōnis. i. mēbra idem ſignificāt. ſed ſola ratione differūt Nam oīs differentia per ſe et magis ꝓprie dicta eſt diuiſiua generis et cōſtitutiua ſpeciei alia tñ et alia ratione. quia in hoc qḋ cum dr̄ña oppoſita diuidit genus vocatur diuiſiua generis et in hoc qḋ cum genere conſtituit definitionē ſpeciei dicitur cōſtitutiua ſpeciei.

Memorantur autem hec quattuoꝛ diuiſiones hoc memoriali.

**Altera. ſepa. per ſe ſit tercia. quartaqꝫ conſti.**

Inſuper ſcias ꝙ differentie magis ꝓprie dicte. per ſe. ſiue eſſentialis quīqꝫ ſunt definitiões. que explicant diſtincta eius officia. cōdictiones. ſiue proprietates. Sunt em̄ differentie quiqꝫ ꝓprietates vel offitia.

1\. ¶ Quecūqꝫ differentia ingredit̄ definitionē generis ꝛ predicat̄ de eo vniuerſaliter. etiā ingreditur definitionē ſpeciei illius generis et de ſpecie predicatur vniuerſaliter. et ſuper hoc dabilis eſt dr̄ña predicabilis de ſpecie vniuerſaliter et ingrediens eius definitionē. que de genere ſolum ꝑdicatur particulariter nec ingreditur eius definitionē Uerbi gratia. hec dr̄ña ſenſitiuū ingreditur definitionē generis aīal et ꝑdicatur de eo vniuerſaliter (ꝙ hec ſit vera Oīe anīal eſt ſenſitiū) et etiam ingreditur definitionē cuiuſlibet ſue ſpeciei (vtputa homis equi) et predicatur vniuerſaliter de ea et ſuper hoc dabilis eſt dr̄ña predicabilis de ſpecie vniuerſaliter et ingrediens eius definitionē. que de genere particulariter ſolum predicatur nec definitionē eius ingreditur vt hec dr̄ña Rationale ingreditur definitionem huius ſpeciei homo ꝛ ꝑdicatur vl'iter de eo (ꝙ hec ſit vera Oīs homo eſt rationalis) ſed de genere particulariter ꝑdicatur ſolum et nō ingreditur eius definitionē ꝙ hec nō ſit vera Oīe anīal eſt rationale ſed iſta Aliquod anīal eſt rationale. Quocirca ſpecies eſt abundantioꝛ in differentijs vniuerſaliter de ea

# Caput ij. de p̄ntis

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | Inferius | Genus |
| | | Quiditatia ꝛ hȝ aliud vl'e eeñr | | |
| | Eēñali | | Supius | Spẽs |
| Uel ergo ꝑdicabil̕ ꝺ multis in ꝑdicatione | | Qualificatiua | ſic eſt | Dr̃ña. |
| | | Neceſſaria ſine tranſmutabili | | ꝓpriuȝ |
| | Accñali ꝛ | | | |
| | | Contingenti vl' tranſmutabili | | Accñs |

His eliciuntur ſequentia Corrolaria.

1. Omne vl'e eſt genus vel ſpecies: ꝛ ſepius idem vl'e reſpectu diuerſorū eſt gen⁹ et ſpecies. vt in arbore diximus.

2. Solus terminus ꝯnotatiu⁹ eſt drā. ꝓpriū. vel accidens. et hoc reſpectu alterius nois quā ſibi eſſentialiter ſupioris vel inferioris.

3. Sumendo drñam. accidens ꝛ ꝓpriū cōiter. idem termi⁹ reſpectu diuerſorum poteſt eſſe. genus. ſpẽs. drña. ꝓpriū. ꝛ accidens. vt coloratū eſt genus albi. ſpẽs qualis. drña corporis. ꝓpriū mixti. et accidens hominis.

## Caput ſecundū de ꝑdicamentis

C Apite ſecundo huius libri detiatur de ꝑdicamentis: ad quoꝝ pleniorem cognitionē aduertendū. quod vocabulū p̄ntum vſurpatur tribus modis quantū ad ꝓpoſitū ſufficit.

1. ¶ Pro quolibet termio predicamentali id eſt: cōi vl' ſingulari incōplexo. Hoc modo nūerus p̄ntoꝝ eſt incertus ꝛ cōtinuo variabilis. Nam quottidie noui termini inſtituūt̃.

2. ¶ Pro ordinatione vel collectiōe oim terminoꝝ p̄ntalium habentiū vnū modum ꝑcandi ꝛ ꝑdicandi de prima ſubā vel prio ente. i. termio ſingulari abſoluto

3. ¶ Pro ſupmo. cōmuniſſimo et gñaliſſimo illius ordinatiōis vel collectionis. In his duabus vſurpationibus ſententia Ariſtotelis (. quē ceteri veluti ducem ſequūtur.) ſolum decē ſunt p̄nta: nō diſtinguendo cadentia ꝯtra principale a ꝗ cadunt. Id eſt nō diſtinguendo inter abſtractū et concretū (. vt quale: ꝗlitas.) inter rectū et obliquū (. vt hō homis hōi.) inter terminos actū importantes et potentiaȝ (. vt calefaciens. calefactiuū. calefactū. calefactibile.) inter terminos noialiter. verbaliter. ꝑticipialiter vel aduerbialiter ꝑcantes (. vt ardeo. ardens. ardenter.) et ſic de ceteris.

Recipit aūt hec orō: Tantum decē ſunt p̄nta: duplicē ſenſum: ſecundū quod vocabulū ꝑdicamentū duobus modis in ea ſumi poteſt.

¶ Unus ſenſus eſt. Inter noia ꝑdicamētalia tm̄ decem ſunt gñaliſſima ſiue cōmuniſſima: in modiſ ꝑcandi eēñalibus ꝑdimentalibus et modis ꝑdicandi de prima ſubā nō coincidentia: ſub quibus continent̃ eēñaliter oēs alij termini p̄ntales. Que autē ſint hmōi gñaliſſima circa genus explanauimus.

¶ Alter ſenſus eſt. Tantum decē ſunt ordinatiōes ſiue collectiones termiorum ꝑdicamentaliū in quibus cōtinet̃ oēs termini p̄ntales et in qualibet termi habentes eundem modū ꝑcandi ꝛ ꝑdicandi de prima ſubā. Solent aūt hmōi ordinationes vel collectiones tiorum ꝑcari noibus decem generaliſſimoꝝ quādo ſumunt̃ in ſcda impoſitione. Id notauit Ariſtotelis dū dixiſſet.

**Eorum que ſecundū nullā complexionē dicunt̃ ſingulū eorum: aut ſignificat ſubām. vt homo: aut quantitatem**

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0025-5

vt bicubicū: aut adaliquid. vt pater: aut qualitatem. vt album: aut actionē. vt ſecare: aut paſſionē. vt ſecari: aut q̄n vt heri: aut vbi. vt eſſe in loco: aut ſitū. vt ſedere: aut habitum. vt armatum eſſe.

Ut autē cognoſcas ſub quo generaliſſimo quiſqꝫ terminus p̄dicamentalis contineat̃. ⁊ de qua ordinatione ſiue collectione exiſtat. Notandū quod terminꝰ cognoſcitur eſſe in p̄dicamento dupliciter.

1. ¶ Uno mō per modū ſignificandi. p̄dicandi. ⁊ ordinandi quilibet em̄ terminꝰ ſecundū exigentiā ſui modiſignificandi ⁊ p̄dicandi ponitur ad p̄dicamentū. Et illa vocat̃ cognitio eſſentialis ſiue a priori. quia eſt penes eſſentialia (.i. mōſignificandi. p̄dicādi et ordinandi.) ſine q̄bus tiꝰ: nec poteſt eſſe nec intelligi in p̄dicamento. quemadmodū illa ꝯgnitio hominis dicit̃ eſſentialis ſiue a priori. qua ꝯgnoſcitur ex ſuis principiīs ſiue cauſis ipſum intrinſice et eſſentialiter cōſtituentibus. materia puta et forma rōnali. Et omne illud cuꝰ noticia perſe ⁊ directe cōducit ad plenius cognoſcenda eſſentialia p̄dicamentorū. dicit̃ vſu cōmuni logicorū antep̄dicamentum. Id quod vult ſequens definitio.

Antepredicamentū eſt aliquid cuiꝰ noticia valet ad acq̄rendam noticiā verorum predicamentorum eſſentialem et a priori.

Id eſt. ad cognoſcendū modūſignificandi p̄dicandi et ordinandi.

2. ¶ Alio modo per accidentalia ſiue ꝓprietates illiꝰ predicamenti. puta quia ſibi cōueniunt proprietates illius p̄dicamenti. Hec cognitio vocatur accidentalis et a poſteriori. quia fit penes illa ſine quibus terminꝰ poteſt eſſe vel ſaltem intelligi in p̄dicamento. et que ſequūtur eſſentialia tanquaꝫ effectus ſuā cauſam: quemadmodū illa cognitio homīs dicitur accidentalis et a poſteriori. qua cognoſcitur ex ſuis oꝑationibus effectibus et ꝓprietatibus conſequentibus principia eſſentialia. puta quia habet molles carnes. caput ſurſum. pedes deurſum. aptitudinem ad capeſcendas diſciplinas. potentiā ad ridenduꝫ et flendum ⁊c. Et omne cuiꝰ noticia perſe ⁊ directe conducit ad plenius cognoſcendas ꝓprietates p̄dicamentorū vocatur vſu cōmuni logicorū poſtpredicamentuꝫ. In quo ſenſu recipiatur ſequens definitio.

Poſtpredicamentū eſt aliquid cuius noticia valet ad acquirendam noticiā verorum predicamentorum accidentalem et a poſteriori

Ad habendā itaqꝫ clariorem et ꝑfectiorē noticiam verorum p̄dicamentorū priꝰ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0026-1

# Caput ij. de p̄ntis

determinabit de antep̄dicamentis et postp̄ntis: que valent ad cognoſcenda vera p̄nta. Et primū dicemus de antep̄ntis.

Ubi ſcias quod an̄p̄nta ſūt
- Tris definitiones puta definitio
  - Aequiuocoꝝ
  - Uniuocorū
  - Denoīatiuoꝝ
  - q̄ pſe ⁊ directe valēt ad ꝯgnoſcendum modū ſignificandi predicamentalem. definitio aequiuocoꝝ priuatiue. alie due poſitiue vt inferius dicemus.
- Due diuiſiones: ſcʒ diuiſio
  - Dicibilium ſimpliciter.
  - Dicibiliū incōplexorum
  - que valent ad modū predicandi prima ad modū predicandi ſignorum complexorū et incomplexorū. altera incōplexorum ſolū.
- Due regule. que valent ad modū ordinandi terminoꝝ. Prīa ad modū ordinandi terminoꝝ vnius p̄dicamenti inter ſe ſecundū inferius ⁊ ſuperius. ſecunda vero ad modum ordinandi terminoꝝ diuerſorum predicamentorum inter ſe.

Quo patet quod oīa que conducunt ad cognoſcenda eēn̄alia p̄dicamentorum (.i. modūſignificandi. p̄dicandi et ordinandi.) ſignificant tribus terminis generificis (.qui ſunt definitio. diuiſio. ⁊ regula.) ⁊ ſeptem ſpecificis non ſynonimis (.qui ſunt. definitio equiuocoꝝ. definitio vniuocoꝝ. definitio denoīatiuoꝝ. diuiſio dicibiliū ſimpl'r. diuiſio dicibiliū incōplexoꝝ. regula prima antep̄dicamentalis. regula ſecunda antep̄ntalis.) Id quod vult ſequens oratio.

**Tria ſunt antep̄dicamēta in gn̄e. definitio puta: diuiſio et regula. ⁊ ſeptem in ſpē. puta tris definitiones: due diuiſiones: ⁊ due regule.**

De his oib⁹ nūc in ordieʒ dicem⁹. Primū antep̄ntum eſt definitio aequocorum

**Aequiuoca dicunt: quoꝝ nomen eſt cōmune ⁊ rō ſubſtā cie ſecundū illud nomen eſt diuerſa.**

Et vʒ ad cognoſcendū modū p̄candi p̄ntalem priuatiue. vt ſciat nullū equiuocū inq̄ntum equiuocū eſſe in p̄nto: q2 non habet vnū modūp̄candi p̄ntalem. Eſt autem nomen equiuocū quod rep̄ſentat ſua p̄cata diuerſis ꝯceptibus totalibus et nō ſynonimis. ſic quod vnū vel aliq̄ ex eis vno cōceptu. ⁊ aliud vel alia alio conceptu ⁊ non oīa vnico ꝯceptu oibus cōicabili vt nomē Canis. Nā p̄cat aīalia latrabilia cōceptu corpis aīati ſenſitiui latrabilis ſydus celeſte cōceptu ſyderis celeſtꝭ: beluas marinas ꝯceptu belue marine. Ita q̄ʒ vox Hō eſt equiuocū ad hominē viuū ⁊ pictū. Nā ex primaria intentiōe ip̄aʒ inſtituētis ad p̄candū. p̄cat oēs hoies viuos cōceptu ꝯpoſiti ex materia et forā aīata rōnali: ⁊ ex intentione ſcd̄aria ſiue cōſecutiua p̄cat hoies ſculptos. pictos. mortuos. ꝯceptu gerentis ſil'ia li-(niamēta hoī viuo.

¶ Et eſt dupl'x. quoddā eſt ęquocū a caſu. alterū a cōſilio

- Aequiuocum a
  - Caſu
  - Cōſilio quod repſentat ſua ſcata:
    - ¶ Aeque primo ꝛ principaliter: ſic vox Canis eſt equiuocū: ad aīal latrabile: ſydus celeſte. beluam marinā
    - ¶ Quodā ordine. ſic ꝙ vnū primo ꝛ principaliter alterū ꝑ poſterius ꝛ minus principal'r ꝓpter ſimilitudinem quā habet cum ſignificato principali. vt vox Homo ad hominē viuū et pictum.

Uocatur aūt alio noīe nomen equiuocū: aequiuocū aequocans de quibus aequocis aequiuocantibus ſi intelligiť definitio ſenſus eſt. Aequiuoca aequiuocantia ſunt noīa. quoꝝ quodcꝫ repſentat ſua ſignificata pluribus conceptibus: totalibus et non ſynonimis. ¶ Preterea ſcias quod res ſcate ꝑ nomen aequocū dicunť aequiuoca aequocata. de quibus ſi intelligiť definitio ſenſus eſt. Aequoca equiuocata ſunt res ſcate ꝑ vnū nomē ſub diuerſis conceptibus totalibus ꝛ non ſynonimis. Quibus tandem colligunť duo corrolaria.

1. ¶ Aequiuoca ſunt duplicia. ſcꝫ equiuoca equiuocātia ꝛ eq̄uoca aequiuocata.

2. ¶ Definitio aequiuocoꝝ dupl'r pōt exponi. Uno mō de ſignis ſiue de equiuocis aequocantibus. Alio mō de rebus ſiue de aequocis aequiuocatis

¶ Secundū antep̄dicamentū eſt definitio vniuocorum

## Uniuoca dicunť: quorum nomen eſt cōmune et rō ſubſtantie ſecundū illud nomen eſt eadem.

Et valet ad cognoſcendū modū ſcandi p̄ntalem poſitiue: vt ſciatur omne vniuocum ꝛ ſolū tale eſſē in p̄dicamento quia habet vnū modū ſcandi. Eſt autē nomen vniuocū quod repſentat ſuū ſcatū vel ſua ſcata vnico ꝯceptu. vt nomē Hō eſt vniuocū ad hoīes viuos: quia illos oīes ſignificat vno cōceptu. ſcꝫ cōceptu cōpoſiti ex materia et forma aīata rōnali. Ita quocꝫ vocabulū Subā eſt vniuocum ad creatorē ꝛ ad creaturā. quia vnico cōceptu res illas ſcat. ſcꝫ cōceptu entis potentis ꝑ ſe ſubſiſtere ſine īnitencia ad alterū. Et vocatur alio nomīe vniuocum vniuocans. de quibus vniuocis ſi intelligiť definitio: ſenſus eſt. Uniuoca vniuocantia ſunt noīa quoꝝ quodcꝫ repſentat ſua ſcata vno conceptu. Erit autē facilior cognitu ſi mutať in numerū ſingularem.

Nec te fugiat quod res ſcate ꝑ nomen vniuocuꝫ vocanť vniuoca vniuocata. de quibus ſi intelligiť definitio ſenſus eſt. Uniuoca vniuocata ſunt res ſcate ꝑ vnū nomen ſub vno conceptu.

His tandem duo colligunť Corrolaria.

1. ¶ Uniuoca ſunt duplicia: puta vniuoca vniuocantia ꝛ vniuoca vniuocata: poteſt autē vtrūcꝫ mēbrum facile definiri ex paulo ante dictis.

2. ¶ Definitio vniuocoꝝ dupl'r pōt exponi. Uno mō de ſignis vel vniuocis vniuocantibus. que expoſitio magis eſt ad ꝓpoſitū. quia pñs cōſideratio principaliter eſt de ſignis. Alio modo de rebus ſiue vniuocis vniuocatis.

Si vero dubitant pueri de ſcatione alicuius noīs an ſit vniuocū vel equiuocuꝫ ſint memores regule generalis ſupius poſite ꝛ diſquirant cui in mente nomen illud ſubordineť per quod facile cognoſcent vniuocū ne ſit an equiuocū Nam ſi ſubordinať vni ꝯceptui etiam ſi ſignificata eius ſint mľta diciť vniuocū Si vo ſubordinať diuerſis conceptibꝰ etiam ſi res ſignificata ſit vna diciť equiuocum. Uerbi gratia. hoc nomē ens ſignificat vniuoce et vno cōceptu oīa entia mūdi non obſtante ꝙ ſint diuerſa. et hoc nomē pater ſignificat equiuoce et diuerſis

# Caput ĳ. de p̄ntis

conceptibus patrē cure et geniture non obſtante quod ſit vnus homo⁊

¶ Tertium antepredicamentū eſt definitio denominatiuorum.

**Denominatiua dicuntur: quecunq; ab aliquo ſolo caſu differentia ſunt et ſecundū illud nomen hn̄t appellatōez**

Que valet ad cognoſcendum modumſignificandi predicamentalē poſitiue. vt ſciatur qđ ꝯcretū ⁊ ſuum abſtractū connotatiuū eundem habeant modūſignificandi et ſint in eodez predicamento vt Album albedo Ubi ſcias qđ illa nomīa habent ſe vt ꝯcretū ⁊ abſtractū. que conueniūt in p̄cipio(.i. in prima littera vl' ſillaba) et dn̄t in fine(.i. in terminatiōe finali ſic ꝙ nō hn̄t vnā terminationē finalem) vt hō. humanitas. humanus Deus. diuinus. deitas. Albus. albedo Quod aūt hoꝝ noīm ſit concretū. et quod abſtractū in hunc modum cognoſci poteſt.

Si
- Unum eſt ſubſtantiuū ⁊ alteꝝ adiectiuū. tunc adiectiuū eſt ꝯcretū ⁊ ſubſtantiuū eſt abſtractū vt Homo. humanus. Albus. albedo. Deus. diuinus. vbi humanus. albus. diuinus. ſunt ꝯcreta. et homo. albedo. deus. ſunt abſtracta.
- ¶ Utrūq; eſt ſubſtantiuū illud qđ habet plures ſyllabas eſt abſtractum et qđ habz pauciores ſyllabas eſt concretū vt homo. humanitas. Deus deitas. Anial. anialitas. vbi hec noīa Homo. deus. anial ſunt cōcreta. et deitas. animalitas. humanitas. ſunt abſtracta.

Quo ſequit̃ qđ idem nomen reſpectu diuerſorū poteſt dici ꝯcretū et abſtractum vt vocabulū homo reſpectu illius noīs hūanitas eſt concretū. et reſpectu hui⁹ noīs hūanus eſt abſtractū. Sūt aūt abſtractorū ⁊ ꝯcretorū quatuor mōi vl' gn̄a

1. ¶ Quādo concretū ſupponit ꝓ aliqua re ꝓ qua nō poteſt ſupponere abſtractum. vt Nigrū. nigredo. Calidum. caliditas. Nam nigrū ſupponit ꝓ ſubā ꝓ qua non ſupponit abſtractū nigredo. Horum vnū non poteſt vere ⁊ affirmatiue predicari de alio. vt hec eſt falſa Album eſt albedo.
2. ¶ Quando abſtractū ſupponit ꝓ multis ſimul ſumptis et concretū pro vno illorum pluriū vt Plebs. plebeus. Numerus. numeratus Nā abſtractū plebs ſupponit ꝓ multis hominibus ſimul ſumptis. et concretū Plebeus ꝓ vno illorū quiſque eīn mortaliū poteſt dici plebeus. Horum vnū in numero ſingulari non poteſt de alio vere et affirmatiue p̄dicari. ſed in nūero pl'i. vt Plebei ſunt plebs.
3. ¶ Quando concretū et abſtractū ſunt nomina ſinonima. ſic quod ſignificāt eque multa et eodem modo vt Homo. humanitas. Deus. deitas. Pater. paternitas. Potens. potentia. Figura. figuratum. In his concretū vere p̄dicatur de abſtracto et ediuerſo ⁊ de quocunq; vnū coꝝ vere affirmatur vl' negatur de eodem et reliquum.
4. ¶ Quando abſtractū ponit̃ ꝓ complexo non habente vim noīs(.i. non poſtente grāmatice reddere ſuppoſitū verbo) ꝓ quo non ponitur concretū Uel abſtractū in ſua ſignificatione includit aliquod ſyncathegorema quod nō includit in concreto. Exemplū p̄mi. vt Motus. mobile. quādo abſtractū motus ponit̃ ꝓ hoc complexo Tunc aliquid dicitur moueri vel iſto Illud dicitur moueri. Exemplum ſcđi Quantū. quantitas. quando in abſtracto quātitas includitur ſyncathegorema neceſſario vel per ſe. ſic quod valet. Per ſe quantum vel neceſſario quantum.

¶ Inſuper ſolent dubitare dialectici Utrum ſola concreta ſint denomiatiua an ſimul abſtracta: ad quod reſpondeas quod vſū cōmuni logicorū. ſola ꝯcreta



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0029-1

ſunt denominatiua et ꝓprie illa que cōnotant formas inherentes ſuis ſubiectis accidentaliter vt Album Nigrum Calidum Frigidum.
Quibus tandem colligūtur due conditiões requiſite ad denoīatiuū( ſaltem vocale vel ſcriptum)proprie dictum.
1. ¶Una ex parte vocis. quod cōueniat cum ſuo abſtracto in principio et dfat ab eo in fine vt Albus albedo.
2. ¶ Altera ex parte ſignificatiōis. quod cōnotet formā accidentaliter inherentem illi pro quo ſupponit.
His colliguntur triplicia denominatiua. Uoce tm̄ Significatione tantū Uoce et ſignificatione ſimul.
¶ Uoce tantū. ſunt quibus ſolum cōuenit conditio vocis(.i. que nihil cōnotant et quodq; differt a ſuo abſtracto ſola finali terminatiōe) vt Homo Deus Animal. Et vocantur denominatiua ſecundum quid.
¶ Significatione tm̄. quibus ſolum cōuenit conditio ſignificatiōis(.i. que accidentaliter cōnotant. ſed nullum eoꝝ conuenit cum ſuo abſtracto in principio et differt ab eo in fine aut quia abſtractis eorū non ſunt noīa impoſita ( vt Curſor pugillator q̄ ſunt in ſcḋa ſpecie qualitatis. ſic eīn carent ꝓprijs abſtractis)aut ſub diuerſitate vocis ſunt ipſis īpoſita vt Studioſus, cuius abſtractū eſt virtꝰ.
¶ Uoce et ſignificatiōe ſimul. quibꝰ ꝯueniunt ambe ꝯditiones(.i. quorūquodq; differt a ſuo abſtracto in fine ſolum et cōnotat illud accidentaliter ꝓ quo ſuum abſtractum ſupponit principalit̄ vt Albus Niger Calidum Frigidum Hec ceteris ſunt nobis notiora ⁊ definiūtur apud Ariſtotelem ſuperiori definitione.
Denominatiua dicūtur ⁊c̄. Eſt itaq; ſenſus vel effectus definitionis
Denominatiua voce ⁊ ſignificatiōe ſimul ſunt concreta. quorū quodq; differt a ſuo abſtracto ſola finali terminatiōe. ⁊ connotat illud accidentaliter ꝓ quo ſuū abſtractū ſupponit principaliter(.i. ſignificat illud in obliquo quod abſtractuz ſignificat in recto)vt Album Nigrum.
¶Quartum antepredicamentū eſt diuiſio dicibilium ſiue ſignorum.

## Eorum que dicuntur: quedam dicūtur cum complexione: alia ſine complexione.

Id eſt ſignorū ꝓpoſitionaliū alia ſunt complexa. vt Hō eſt animal Albus hō. Alia ſunt incōplexa vt Homo Anīal. de mēbris illius diuiſionis copioſius diximus in exordio libri.
Hoc antepredicamentū valet ad modum p̄dicandi ſignorū incomplexorum et complexoꝝ. vt ſciamꝰ quod ſolum ſignū incomplexū eſt in predicamento. Nā ſignū complexū non habet vnū modumpredicandi p̄dicamentalem vt albꝰ hō.
¶Quintum antepredicamentū eſt diuiſio ſignorū incomplexoꝝ que valet ad cognoſcendum variū modum p̄dicandi ſignorum incomplexoꝝ. Ubi ſcias quod ſigna incomplexa ſunt multiplicia.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quedā ſunt | Communia<br>Singularia | que ſola ⁊ omīa ſiue abſoluta fuerint ſiue ꝯnotatiua de ſubiecto | dicuntur.i. predicantur eſſentialiter de ſuo inferiori.<br>Nō dicunt̄.i. nō predicātur eſſentialiter de inferiori |
| | Abſoluta<br>Cōnotatiua | q̄ ſola ⁊ oīa ſiue cōia fuerit ſiue ſinglaria ī ſubictō | nō ſunt.i. nō predicantur accidentaliter ⁊ denominatiue<br>ſunt.i. predicantur accidentaliter et denominatiue |

Unde
- Dici de ſubiecto. eſt predicari de aliquo eſſentialit̃ ſibi inferiori Id qđ conuenit ſolis ⁊ om̄ibus termīs cōībus abſolutis et cōnotatiuis
- Eſſe in ſubiecto. eſt predicari de aliquo accidentaliter et denomīatiue. Id quod conuenit ſolis ⁊ om̄ibus terminis connotatiuis cōmunibus et ſingularibus.

Quibus colligunt̃ q̄tuor membra. ſiue quadrimēbris ꝑticio ſignoꝝ incōplexoꝝ

Quedā ſunt
- Abſoluta
  - Cōmunia vt Homo Animal Equus hec non ſunt in ſubiecto ſed de ſubiecto dicuntur
  - Singl'aria vt Joannes Petrus Hec nec in ſubiecto ſunt neqꝫ de ſubiecto dicuntur.
- Cōnotatiua
  - Cōmunia vt album nigrū hec in ſubiecto ſunt et de ſubiecto dicuntur
  - Singularia vt hoc albū hoc nigrum hec in ſubiecto ſunt ſed nō de ſubiecto dicuntur

Hanc diuiſionē antepredicamentalem philoſophus innuit his verbis.

**Eorum que ſine cōplexione dicuntur. alia in ſubiecto nō ſunt ſed de ſubiecto dicuntur. vt vniuerſales ſubſtantie. Alia neque in ſubiecto ſunt neque de ſubiecto dicuntur. vt ſingulares ſubſtantie. Alia de ſubiecto dicuntur et in ſubiecto ſunt. vt cōia accidentia Alia in ſubiecto ſunt et non dicuntur de ſubiecto vt indiuidua accidentium.**

¶ Sextum antepredicamentum eſt. prima regula antepredicamentalis.

**Quando alterum de altero p̄dicatur vt de ſubiecto quecūqꝫ de eo qđ predicatur dicunt̃ om̄ia de ſubiecto dicunt̃**

Cuius ſenſus eſt datis multis terminis vel ſignis incomplexis eiuſdem modi ſignificandi predicamentalis. qui ſe habent ſecūdum inferius et ſuperius (vt homo. animal. corpuſanimatū. corpus. ſubſtantia.) tunc quicunqꝫ inter eos eſt ſuperior reſpectu alicuius habentis alium vel alios eſſentialiter inferiores. ille etiā eſt ſuperior reſpectu omniū illorum inferiorum. et qui eſt inferior reſpectu alicuius habentis alium vel alios eſſentialiter ſuperiores. eſt inferior reſpectu omniū illorum ſuperiorum Uerbi gratia. ille terminus ſubſtantia eſt ſuperior ad hunc terminū corpus. qui habet ſub ſe eſſentialiter hos terminos. corpuſanimatum. aīal. homo. ad q̄s omnes ille terminus ſubā eſt ſup̄ior Et rurſus ille terminus homo eſt inferior ad hunc terminū aīal. cui eſſentialit̃ ſunt ſup̄iores hij termini

Corpuſaiatum.corpus.ſubã.ad quos omnes terminꝰ hõ eſt inferior. Hoc ab aliis ſic dicit. Quicq̃d eſt ſuperius ſuperiori eſt ſuperius inferiori: et quicquid eſt inferius inferiori eſt inferius ſuperiori.

¶ Septimũ antep̄dicamentũ eſt ſecunda regula antepredicamentalis.

**Diverſorũ generum et nõ ſubalternatim poſitorum diverſe ſunt ſpecies et differentie.**

Cuius ſenſus eſt. Idem terminꝰ nõ põt eſſe ſpecies vel differentia eſſentialis diverſoꝝ generũ non poſitoꝝ ſubalternatim (.i. quoꝝ vnũ non ponitur ſub alio. nec vtrũque ſub vno tertio qualia ſunt genera diverſoꝝ p̄dicamentoꝝ.) Hoc eſt Idem terminꝰ non poteſt eſſe diviſim in diverſis p̄dicamentis. vel ordinari ſub diverſis gn̄aliſſimis. Cuiꝰ ratio eſt. quia vniꝰ termini vnus eſt modus ſignificãdi et diverſoꝝ predicamentoꝝ diſtincti ſunt modi ſignificandi ergo ⁊c.

Dr Idem terminus. quia vna vox ſecundũ diverſos cõceptus vł mõs ſignificandi poteſt poni in pluribus p̄ntis. vt vocabulũ Corpus ſ̄cans abſolute compoſitũ ex materia ⁊ forma eſt in p̄nto ſubē. et cõnotans trinam dimenſionem eſt in p̄dicamento q̄ntitatis. et vtroq̧ mõ eſt vna vox vel dictio ꝓpter identitatem litteraꝝ et ſyllabaꝝ. id quod ſufficit ad vnitatē vocis vel dictiõis. ſed nõ eſt idem terminꝰ. quia ſub diverſis modis ſignificandi ſ̄cat. et ad vnitatem termini requirit vnitas modi ſignificãdi.
¶ Diviſim (.i. quod ſit in quolibet coꝝ ſepatim et ſeorſum.) quia multi volunt ꝙ idem terminus poſſit eſſe in pluribus p̄ntis cõiunctim ſic ꝙ in nullo coꝝ ſepatim. vt hec verba Ceno. prandeo. ſil' in p̄nto actiõis ⁊ q̄ſi

Quo tandem patz quod hec regula valz ad ſegregandũ termĩos vniꝰ p̄dicamēti a terminis alterius p̄nti. et ſic ad ordinandũ terminos diverſoꝝ p̄ntorum ſub diſtinctis generaliſſimis.

¶ Poſt hec determinat de poſtp̄ntis. quo clarius intelligant veroꝝ p̄ntoꝝ proprietates. Sunt autē poſtp̄nta cõmuniter vſitata quinque nũero.

1. Genera oppõnis que valent ad cognoſcendũ cõtrarietatem termioꝝ ⁊ rerũ.

2. Modi prioritatis ad quos reducunt modi poſterioritatis et valēt ad cognoſcendos modos ſimultatis. quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt. Itē ad intelligendas ſequentes oratiões. Cõiora ſunt priora Gn̄a ſunt priora ſpēbꝰ

3. Modi ſimultatis qui valent ad intelligendũ hanc ꝓprietatem. Relatiua ſunt ſimul natura.

4. Species motus ad quas reducunt ſpecies quietꝫ. quaꝝ noticia vtilis eſt ad cognoſcendã vulgatam ꝓprietatē. Suſcipe magis ⁊ minus. Item illã. Maxime ꝓpriũ ē ſubē ſcd̄m ſui mutationē eſſe ſuſceptiuũ contrariorum.

5. Modi habendi. ad quos reducunt modi carencie vel priuatiõis. Hoꝝ cognitio valet vt ſciat quo modo vnũquodq̧ p̄dicamentoꝝ habeat vel non habeat contrarium. Item qua in ſignificatione habitus ſit vnũ genus generaliſſimum et ſpecies qualitatis.

¶ Sunt itaq̧ quinq̧ termini nõ ſynonimi. ad ſe irreducibiles. quibus ſ̄cant fere õia que valent et neceſſaria ſunt ad cognoſcenda p̄nta a poſteriori. ſiue illorum ꝓprietates. Quo in ſenſu recipiat ſequens oratio.

**Quinq̧ ſunt poſtp̄dicamenta: ſcꝫ oppoſitio: prioritas: ſi**

**multas: motꝰ: habere: Que notant hoc v̄ſiculo: Op: pr: ſi:**

**mo: ſimul: ha: tot ſunt poſtpredicamenta.**

De his omnibus in ordinē dicemꝰ. Et principio de oppoſitione tanquā d̄ cōmu niſſimo et potiſſimo. Quia aūt hoc in loco principaliter detiatur de oppōne ter minorum: ſcias ꝙ illi termi opponunt vel ſunt oppoſiti: qui ſunt eiuſdem gene ris p̄ntalis nec pñt ſil' ⁊ copulatiue mediante hac copula eſt. verificari de eodē termino ſingulari reſpectu eiuſdē et in eodem genere cauſe. vt albū nigrū. pater filius. Et ſunt quadruplices. Nā alij opponunt. Relatiue Alij Contrarie Alij priuatiue Alij cōtradictorie. Quo aūt mō quilibet termi oppoſiti opponantur in hunc moduȝ cognoſci poteſt.

Oēs t̄mi oppoſiti aut
- Ambo ſunt poſitiui et
  - Reſpectiui. vt pater filius. Sic opponunt relatiue.
  - Abſoluti a reſpectu cōnotantes certas et determinatas qualitates contrarias (.i. non potentes ineſſe eidem ſimul et ſemel ſed ſucceſſiue.) vt album nigrum dulce amarū. Sic opponunt contrarie.
- Alter includit negationem
  - Priuantem. vt iuſtus iniuſtus. cecus videns. diues pauper Sic opponunt priuatiue.
  - Negantem vel infinitantē. vt homo nō homo. Sic opponunt Contradictorie.

Ad quorum maiorē intelligentiā aīaduertendū eſt quis dicat terminus poſitiuus. Quid negatio. Quis terminꝰ reſpectiuꝰ. Quis abſolutus et quis connotet certam ⁊ determinatā qualitatem.

¶ Terminus poſitiuꝰ eſt. qui nihil ſignificat negatiue ſic quod in definitione q̄d nois ipſius nulla ponit negatio vel aliquid illi aequalens. vt albū. nigrum. dulce. homo. anial. Nam albū ſignificat aliquid informatū albedine. Homo autē ſignificat cōpoſitū ex corpore ⁊ anima rōnali. in quibus definitionibus nulla ponitur negatio..

¶ Negatio eſt aduerbium negandi vel aliud equiualens aut dictio ip̄m includēs. Et ſolet ſumi trifariā ſcȝ
- Neganter. q̄ñ deſtruit totum quod ſequitur in eadem ꝓpoſitione in quod fertur. et oppoſitū inducit: nihil poſitiue ſ̄cando. vt ſi iniuſtus valet. nō exiſtens iuſtū. Negatio incluſa in hoc noie ſumit neganter. ⁊ iniuſtū nihil eſt (.i. nihil poſitiue ꝑ ip̄m ſignificat.)
- Priuanter. q̄ñ denotat cōnotatū termini cui addit non cōuenire rei ꝓ qua ſupponit. ſed ipaȝ eſſe aptā habere illud. vt Iniuſtus. q̄ñ valet. aliquod q̄ꝺ nō eſt iuſtū (.vt hō malus.) ⁊ aptū eſt eſſe iuſtū. negatio ſumit priuant̄ Sic ſolum negat terminū cui imediate adiungitur nec ſimpliciter et omnino. ſed aliquid poſitiue ſignificat Et in ſolis terminis cōnotatiuis ſic ſumit. in quibus freq̄ntius includit quā exprimitur.
- Infinitanter. q̄ñ negat ſ̄catū termi ſibi additi et ponit quodlibet aliud ab eo (.i. agregatū ex tali termio et negatione cui addit ſ̄cat nullā eaꝝ rerū que talis terminꝰ ſeurſū prius ſ̄cabat. ſed quālibet aliā rem.) vt iniuſtꝰ: q̄ñ vȝ aliq̄ꝺ exiſtens nō iniuſtū quodcūq; ſit illud. Quo patet ꝙ negatio hoc mō ſumpta non pure ⁊ ſimpliciter negat ſed aliquid ponit et poſitiue ſignificat.

Omnes hee vſurpatiões negationis ſatis pateſcent ex quid nois terminoꝝ qꝺ a neſciente ꝓquiratur. quemadmodū oſtenſum eſt in hoc nomine iniuſtuꝫ. Ad maiorem declarationē illius quod dicit in deſcriptione negationis neganter tente. Quod ſequitur in eadem ꝓpoſitione in quod fert. ſciendū quod nulla negatio habet vim in terminū alterius ꝓpoſitionis ſed cuiuſcꝫ negationis vis terminatur in eadem ꝓpoſitione qua ponit in hunc modū.

Negatio
- Nominalis (.vt null⁹ nemo neuter nihil)
- Aduerbialis (vt non.)

Quādo non impedit negat quod ſequitur in eadem propoſitiōe
- Cathegorica solū. vt Nullus homo eſt animal et de⁹ eſt: ꝯiunctio ⁊ nō negatur.
- Hypotetica vt Nō homo eſt anial et deus eſt. etiam negatur cōiunctio et

Utracꝫ aūt hacꝝ impedit a ſua virtute
- Primo. ꝑ acceſſum alterius negationis. quia negationes de numero pari late ſuper eundem terminū ſeſe impediunt et relinquūt eum affirmatū vt Non nullus homo currit.
- Scdo qn̄ reſtrīgit ſiue reſtrictiue ſumit Quod contingit negationi
  - Nomiali quociens claudit inter partes extremi. qn̄ tunc ſolū negat terminū imediate ſibi additū vt videns nullū colorem eſt cecum. vbi ſolus obliquus colorem negatur.
  - Aduerbiali dupliciter
    - Primo qn̄ ipſi additur relatiuuꝫ quis. que. vel quod. quia tūc ſolū negat terminū imediate ſibi additū vt Hō qui nō currit mouet. vbi ſolū negatur verbum currit.
    - Scdo qn̄ claudit inter ꝑtes ꝓpōis cathegorice ſic. n. ſolū negat qꝺ ſecū ponit in eadē categorica nec vltra. vt Hō nō eſt aſin⁹ et deus ē. vbi ꝯiūctio ⁊ nō negat nec aliquid quod ſequit.

¶ Terminus reſpectiu⁹ eſt qui ex ſuo mōꝺcandi vere et ꝓprie pōt predicari de ſe ipſo cū hoc addito adaliqꝺ. vt dn̄s eſt termi⁹ relatiu⁹ qꝛ vere ⁊ ꝓprie dicit. dn̄s eſt adaliquid dn̄s. puta ad ſeruū. Pater eſt adaliquid pater. puta ad filiū. Idē eſt adaliquid idem puta ad ſeipſum

¶ Termi⁹ abſolutus a reſpectu ex oppoſito definit. vt hō. albū. bicubicū ſūt termini abſoluti. qꝛ nullus illoꝝ tiorum ex ſuo mōꝺcandi pōt vere et ꝓprie de ſe predicari cū hoc addito adaliquid. Nulla. n. illaꝝ eſt ꝓpria. hō eſt adaliqꝺ hō albū eſt adaliquid albū. bicubicū eſt adaliquid bicubicū. quia aliquid poſſet dici hō albū vel bicubicū ſi nihil preter ipſum eſſet.

¶ Ille termin⁹ dicit ꝯnotare certam et detiatam qualitatē. qui ſic ꝯnotat alicꝫ qualitatem in herentē rei ꝑ qua ſupponit quid nō pōt indiffer cōnotare qualibꝫ aliā vt album detiate cōnotat albedinē. Nigrū nigredinē. Sic aūt nō eſt de his noibus. bicubicū. tricubicū. ſilr̄. aequale. que licet poſſint cōnotare qualitatem alicꝫ (.puta albedinē.) nō tn̄ detiate illā. quia qualibet aliā connotare poſſunt.

¶ Inter oēs dictos mōs oppoſitos ſolū vn⁹ ꝯuenit reb⁹ ſcꝫ ꝯtrietas res. n. nō aliter quā ꝯrie opponunt ⁊ maxime he que naturalr̄ non pn̄t ineſſe eidem ſm̄ eandem ꝑtem vt ſunt q̄litates ſenſibiles vno ſenſu. quaꝝ grad⁹ ſilr̄ colliati excedūt nūeꝝ denariū (.i. ſunt plr̄es quā decem.) vt albedo ſeptē graduū et nigredo octo graduū. vel caliditas ſex graduū. et frigiditas quincꝫ graduum.

In hoc ſenſu recipiantur ea que ſequūtur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0034-5

# Caput ij. de p̃ntis

Primũ poſtpredicamentũ eſt oppoſitio Opponunt̃ aũt alia cõtrarie: vt albũ nigrum. Alia relatiue: vt pr̃ filius. Alia priuatiue: vt videns cecum. Alia contradictorie vt homo non homo.

¶ Pro ſecundo poſtp̃dicamento notandũ eſt q̃d Ariſtoteles in libro p̃dicamentorum quinq̃ ponit modos prioritatis. Nam vnũ dicit̃ prius alio.

1. Tempe vel duratione. quod aliud p̃ceſſit tp̃e. Sic ſenex dicit̃ prior puero et flos fructu. Hic modus ſcd̃m Ariſtotelem eſt propriiſſimus.

2. Natura ſiue cõmunitate. quod eſt cõmuniꝰ et generaliꝰ alio. Sic ſuperiꝰ eſt prius ſuo inferiori. et genera ſunt priora ſpeciebus.

3. Ordine cuius noticia vtilis eſt ad adquirendã p̃fectam cognitionem alterius. Sic vetus ars eſt prior noua logica. et in arte Grãmatica littere ſunt priores ſyllabis. ſyllabe dictionibus. et dictiones orationibus.

4. Honore quod eſt digniꝰ et p̃fectius alio. Sic ſubã eſt prior acciñte et prelati in ordinibus dicunt̃ priores. Hic modus eſt alieniſſimus.

5. Cauſalitate quod eſt cauſa alterius vt ſit vel fiat (.i. ſine quo alterũ eſſe vel p̃duci nõ poteſt.) Sic deꝰ ẽ prior mũdo et oĩbus creatis. Sol item radijs ſuis Omnes hij modi cõueniunt rebus dempto ſecundo. qui conuenit ſolis ſignis. Et notantur his verſiculis.

Tempe: Natura: ſimul ordine dic et honore.

Cauſa cauſato dicitur eſſe prior. Vel ſic: Senex ſuperior: ordo: venerabile: cauſa

Primũ verſum quidam ſic ponunt Tempore cõmune ꝛc̃.

¶ Pro tertio poſtp̃dicamento ſciendũ q̃ Ariſtoteles in poſtp̃dicamentis tris enumerat modos ſimultatis Dicunt̃. n. aliqua ſimul

1. Tempe que exiſtunt eodem tp̃e ſic q̃d qñ vnũ eſt reliquũ eſt. Sic ſol et radius eius dñr ſimul tp̃e. Hic modus opponit̃ primo mõ prioritatis

2. Natura ſiue ſecundũ cõuerſiuã conſequentiã. que mutuo ſe inferunt in p̃ña ſubſiſtendi (.i. formata p̱ ꝓpoſitiones de eſt ſecundo adiacente.) vt pater filius. Et hic modus opponit̃ ſecundo mõ prioritatis.

3. Diuiſione ſeu predicatione. vt differentie ex oppoſito diuidentes aliquod genus. vel ſpecies illis cõſtitute. Nã de illis p̃dicatur genus eque primo et principaliter. vt Rõnale. Irrõnale. Hõ. Aſinus. Equus. ſunt ſimul ſub aĩali. Inter hos modos primus eſt real' et conuenit rebus. alij vero duo ſunt logici ꝛ ꝯueniunt ſolis ſignis Et notantur his verſibus.

Tempore dico ſimul quorum generatio nũc eſt

Que cõuertuntur dicimus eſſe ſimul.

## Sunt que ſimul ſpecies genus vnum condiuidentes

¶ Pro quarto poſtp̄dicamento aīaduertendū quod motus (cōiter ſumpto vocabulo) ſex ſunt ſpecies ſcȝ Generatio. Corruptio. Augmentatio. Diminutio. Alteratio. et loci mutatio. que notant̄ his verſiculis Corrumpit generat. augmentat. diminuitq́ȝ. Alterat et mutat ſunt hee ſpecies motionis Quod dictū eſt Oēs modi quibus aliquid dicit̄ moueri (.i. aliter ſe modo habere q̄ȝ inmediate ante hoc) ſignificant̄ dictis ſex terminis ſpecifice diſtinctis.

Nā omne quod mouet̄ ſiue mutat̄ dicitur moueri ex eo q᷑ vł nunc

eſt / nō eſt — et īmediate añ hoc — non fuit et ſic dicitur generari / fuit et ſic dicitur corrumpi

Eſt ali quātum (ſiue aliquantum locum occupat) ꝛ īmediate ante hoc fuit
- Minus (vel minorem locum occupanit) et ſic dicitur augmentari vt aqua quādo bulit. vel ſpōgea quando impletur aqua.
- Maius (vel maiorem locum occupanit) ſic dicitur diminui. vt aqua quando congelatur. vel ſpongea quando explicatur aqua.

Eſt ſub aliq̄ gradu vel aliq̄t gradib⁹ alicui⁹ q̄litatꝫ ꝛ īmediate añ hoc fuit ſub
- Paucioribus eiuſdem ſpeciei. vel ſub alia qualitate alterius ſpeciei. ſic dicitur alterari et intendi ſubiectiue ꝛ ipſa q̄litas for̄aliter ſiue ꝯſtitutiue
- Pluribus eiuſdem ſpeciei. vel ſub alia qualitate alterius ſpeciei. ſic dicitur alterari. et remitti ſubiectiue. ꝛ ipſa q̄litas formaliter ſiue ꝯſtitutiue

Uerbi gratia. ſi in aqua nūc eſt vnus gradus caliditatis et continuo poſt hoc duo et ſic deinceps dicitur ipſa aqua alterari et intendi ſubiectiue. caliditas vero ſic adquiſita in aqua ꝑ partem poſt partē dicitur intendi formaliter ſiue cōſtitutiue Ex aduerſo vero eſt de remiſſione.

Eſt in aliquo loco et inmediate ante hoc non fuit in eo. et ſic dicit̄ moueri localiter.

In hoc ſenſu recipiantur deffinitiones ſpecierum motus.

## Generatio eſt ꝓceſſus de non eſſe ad eſſe. Corruptio eſt ꝓceſſus de eſſe ad non eſſe. Augmentatio eſt preexiſtētis quantitatis maioratio Diminutio eſt preexiſtentis quātitatis minoratio. Alteratio eſt preexiſtentis qualitatis mutatio. vel eiuſdeꝫ intenſio aut remiſſio. Loci mutatio eſt alicuius de vno loco in alium tranſlatio.

¶ Pro vltimo poſtpredicamēto Notandum eſt quod octo ſunt modi habendi cōmuniores et magis vſitati qui memorantur his verſiculis. Qualia vel quāta corporis iacentia. membrū. Uinum vel agros vxorem fertur habere.

1. Qualitatem. vt albedinem vł nigredinem. ſcientiam aut virtutem. — ꝓpter quod ve — qualitatis
2. Quantitatē. vt longitudinē. latitudinē — quātitatꝭ

aut ꝓfunditatē tot vł tot pedū aut vlnaꝝ
3. Indumentū aut aliqđ adiacens cor-
poꝛi aut eius mēbꝛo oꝛnatus vel decoꝛa-
tus gratia vt tunicā. togam. annulū. cal-
ceum vel huiuſmodi.
4. membꝛum. vt digitum. pedem. caput ꝛc.
5. Contentum vt vas vinum
6. Poſſeſſionē vt domum. thezaurum
7. Uxoꝛem. patrem. filium. dominū. ſeruū. Et hic eſt alieniſſimus mo-
dus habendi.

Dicit̃ eſſe aliqđ habere

rificatur de ipſo terminus pre-
dicamenti habitus

et ſic idē eſt qđ continere / poſſidere

C Ognitis his que valent ad noticiā veroꝛum predicamētoꝝ. dicem⁹ de veris p̄dicamentis. Ubi reuocatis in memoꝛiā his que a pꝛinci-pio huius capitis dicta ſunt de vſurpatiōe hu⁹ noīs predicamentū et numero predicamentoꝝ Aduertēdum eſt qđ his decem predica-mentis nō r̄ndent decem ꝓpꝛie entitates et inter ſe diſtincte. ſed vna ꝛ eadem res (puta Johannes vel petrus) poteſt ꝑ decem illa generaliſſima ſignificari et de-cem modiſignificādi generaliſſimis concipi. Preterea aliqua ex illis generaliſſi-mis ſunt quoꝛū quodq; omnē rem mundi ſignificat vt ens vel ſubā (cōiter ſum-pto vocabulo) ad aliquid. qualitas et multa alia. Oīa ergo predicamēta pn̄t coincidere in ſignificatis non tn̄ in oībus ſuis ſpeciebus Nam altera ſpecieꝝ p̄dicamēti ſubē (ſcȝ ſubā ꝓpꝛie dicta) nō coincidit cum pꝛima ꝛ tercia ſpecieb⁹ p̄dicamenti qualitatis) .i. termīs illarū ſpecieꝝ nō poteſt ſignificari vna ꝛ eadē res) Significant tn̄ termini illarū ſpecieꝝ oēm rem mūdi. ſic qđ nō eſt dabilis aliqua res q̄n poſſit ſignificari aliquo termīo illarum ſpecierū. Quare inter de-cem p̄dicamenta ſolum dicte ſpecies nō coincidunt in ſignificatis et reliqua oīa cum aliqua earū coincidunt (.i. Cuiuſque p̄dicamenti termin⁹ ſignificat rem ſi-gnificabilem ꝑ terminū alicuius illarum ſpecierū. et qđ ſignificat ꝑ terminū vni-us illarum ſpecierū nō poteſt ſignificari ꝑ termin⁹ alterius ſpeciei). Hinc dicit̃ qđ ſolum duo p̄dicamenta (ſcȝ ſubē ꝛ qualitatis) ponāt in numerū. nec in oībus ſpecieb⁹ ſed in ſpeciebus iam dictꝫ Et qđ predicamēta nō diſtinguātur pe-nes res ſignificatas ſed oꝛiginalit̃ penes modoſſignificādi diſtictos ꝛ cōcomitā-tes penes modos pꝛedicādi qui ſumūtur penes decem diſticta queſitiua. quib⁹ querit̃ de dictis modiſignificādi Hinc factum eſſe arbitroꝛ. qđ circa ſingula pre-dicamenta ſoleāt ꝑueſtigari hec quiq; Quis moduſſignificādi Quis moduſpre-dicandi. Quod queſitiuū. Quod genus generaliſſimū. et ſpecies ipſius. Et qui termi cōtenti ſub eis. Hec de noticia p̄dicamentoꝝ in genere ſufficiūt. Nunc de ſingulis ſpeciatim dicemus.

P Rimū itaq; predicamentū eſt oꝛdinatio ſiue collectio oīm termīoꝝ abſolute ſignificantiū ſine connotatiōe et potentium cōuenienter re-ſponderi ad queſtionē factam de termīo ſingulari abſoluto (vel de ꝓnomīe demōſtratiuo pꝛimitiuo) per hoc interrogatiuū quid. Uo-catur aūt predicamentū ſubē a ſupꝛemo ꝛ cōmuniſſimo Nam inter oīa hec ſigna ſupꝛemū et cōmuniſſimū eſt hoc nomen ſubſtātia ſumptum cō-muniter ꝓ vſia vel eſſentia In qua ſignificatiōe equiualet huic nomī ens. Quo ſa-tis pateſcunt generalia huius predicamenti.
Moduſſignificandi eſt ſignificare abſolute et ſine cōnotatione.
Queſitiuū eſt lꝭ quid querens terminū abſolutum eſſentialiter ſuperioꝛem

E

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0037-2

Modus predicandi eſt predicari eſſentialiter de termīo ſingulari abſoluto ( ſiue ꝓnoīe demōſtratiuo primitiuo ) ad queſtionē factam ꝑ hoc interrogatiuū quid vel poſſe ꝯuenienter r̄nderi ad huiuſmodi interrogationē. vt querendo. Quid eſt Joannes? vel hoc apte reſpondetur homo.

In hoc predicamēto ponūtur om̄es termī habentes dictū modum ſignificandi et predicādi Inter quos generaliſſimꝰ eſt ille terminꝰ ſubā cōiter ſumptus ( ſiue ens ) ſignificās vniuoce om̄e ens mūdi Jccirco hoc p̄dicamentū eſt trāſcendens in ſignificato nō aūt in modo ſignificādi. q2 habet vnū certū modū ſignificandi. puta ſignificare abſolute ⁊ ſine ꝯnotatiōe ꝗ diſtat ab om̄ibꝰ alijs predicamētis. Que aūt ſint ſp̄es im̄ediate illius generaliſſimi facile cognoſci pōt ex arbore pur phiriana Nam vna eſt ſubā ꝓprie dicta ſ̄cans abſolute oēs res ſua natura na tas ꝑ ſe ſubſiſtere ſiue inherentia vel innitentia ad aliud vl̄ ꝑtes illaꝝ eſſentiales Et cōprehendit ſub ſe oēs termīos ꝯſil̄r ſignificātes. vt ſunt noīa lapidum. me tallorum. elemētoꝝ. arborum. herbarū. aīalium. ꝓpria angeloꝝ. hoīm. aquaꝝ et montiū. Alteri ṽo ſp̄ei nō eſt nomē impoſitū Sed ſi eſſet t̄minꝰ aliquis ſ̄cans abſolute res que ſua natura nō ſubſiſtunt nec ſunt de eſſentia rei ſubſiſtētis ſed illis adueniūt et accidūt. Cuiuſmodi ſunt albedo. nigredo. caliditas. frigiditas dulcedo. amaritudo. ſcientia. virtꝰ. ille eſſet vera ſp̄es ⁊ ꝯtineret ſub ſe eſſentialit̄ om̄es terminos ſignificātes abſolute huiuſmodi res.

¶ Ad q̄ꝝ pleniorē noticiā aduertendum q̄d hoc nomen ſubā dupl̄r vſurpatur.

1. In prima impoſitione. ꝓ ſuo ſignificato primario vel vltimato et vt ſignificet rem extra intellectum Et iterum dupliciter

- Cōiter ſiue large. ꝓ vſia vel eſſentia. qua in ſignificatōe ꝯuertitur cū ente Sic eſt genus generaliſſimū huiꝰ predicamenti. i. inter om̄es termīos abſolutos Hoc modo etiā ſumit̄ in diſ̄one nomis que dicit̄ Nomen eſt pars orationis ſubſtātiam ſignificans ⁊c̄.
- Proprie. ꝓ re que ſua natura nata eſt ꝑ ſe ſubſiſtere. vel parte eſſentiali illius rei Sic om̄is ſubā eſt materia. forma. vel totum compoſitū Sic eſt altera ſpecierū entis ſiue ſubſtātie cōmuniter dicte. et genꝰ generaliſſimū nominum adequate ſignificantium ſubſtantiam.

2. In ſc̄da ipoſitōe ꝓ ſignis vel vocabul̄ ſ̄cātibꝰ res iā dictas abſolute Et dupl̄r accipi pōt.

- Cōmuniter. vt ſignificet quoſcunqꝫ terminos abſolutos quodcunqꝫ ens mundi ſignificātes ſiue ſubſtātiam ſiue accidens.
- Proprie. vt ſignificet terminos abſolutos ſignificantes ſubſtantias ꝓprie dictas.

Et neutro horū modoꝝ eſt genus generaliſſimū ſed ſupponit ꝓ illo ⁊ eſſentialit̄ inferioribꝰ ad ipꝫ Ea in ſ̄catiōe diuidit̄ ab ariſtotele in primā et ſecundam Subſtantia prima eſt terminus ſingularis ſubālis vt Johannes. Petrus. Subā ſc̄da eſt terminus cōmunis ſubālis. vt animal homo. Et pōt hec diuiſio intelligi de vtraqꝫ acceptione premiſſa hinc dicitur.

## Subſtantia diuiditur in primam et ſecundam

Jd eſt Termi huius predicamenti ſunt duplices. Quidam ſingulares ſignificātes ſingulariter et diſcrete. Alij cōmunes ſignificantes cōmuniter. Termioꝝ huiꝰ p̄ſ̄ti phus ſex ponit ꝓprietates. que notant̄ ſequētibꝰ verſiculis

1. 2. 3.
**In ſub non eſſe: predicat vn: ſignificat hoc.**

4. 5 6.
**Nil contra: neque magis: contraria ſuſcipit in ſe.**
Ubi ſcias qđ oēs hm̄oī ꝓprietates interp̄tande ſunt logice de ſignis ſiue t̄minis p̄dicamētalib⁹. licꝫ etiā alique ex eis poſſint interp̄tari metaphiſice ſiue realit̄ de rebus ſignificatis ꝑ terminos illius predicamēti Ita quoqꝫ eſt in alijs predicamētis. de quibus nūc in ordinem dicemus.

**1. Cōmune eſt om̄i ſubſtantie eſſe: ⁊ in ſubiecto non eſſe**
Que dupliciter exponitur.
1. Logice. om̄i ſubē(.i. t̄io ponibili in hoc p̄ñto) cōe eſt (.i. ꝯuenit) eſſe. i. poſſe. ꝟe ⁊ affirˀatiue de aliq̄ p̄dicari) ⁊ in ſubiecto nō eſſe (.i. nō p̄dicari de aliq̄ accñtl'r et denoīatiue) Et hoc ꝯuenit oībus t̄is illius predicamēti (qr nullus p̄dicat̄ accidentalit̄) nec ſolis. ſed etiā differentijs eſſentialib⁹. q̄ ſunt in p̄dicamēto q̄litatis Eſt ergo ꝓpriū ſcđo modo huius noīs ſubā ſumpti in ſcđa impoſitiōe ⁊ cōiter.
2. Realiter. om̄i ſubē(.i. rei ſignificabili ꝑ t̄ios illius predicamēti) cōe eſt (.i. cōuenit) eſſe (.i. ꝑ ſe ſubſiſtere) et in ſubiecto nō eſſe. i. ex ſua natura nulli accñtaliter inherere. Et hoc ꝯuenit om̄i ⁊ ſoli ſubē ꝓpͤe dicte. atqꝫ ſoli ſubē cōiter dicte ſ₃ nō om̄i. Igitur eſt ꝓpriū quarto modo ſubſtantie ꝓpͤe dicte. et primo modo ſubſtantie cōiter dicte. vſurpatis vocabulis in prima impoſitione.

**2. Om̄ib⁹ ſecundis ſubſtātijs cōuenit vniuoce p̄dicari.**
Que dūtaxat logice interp̄tat̄. qr p̄dicari. ⁊ eſſe ſcđas ſubās ꝓpͤe ꝯuenit ſignis Ubi Notandum qđ p̄dicari vniuoce eſt p̄dicari vere ⁊ affirmatiē (et nō rebus et eſſentialit̄ de aliquo tanq̄ ſuo ꝑ ſe inferiori Et hoc pōt ꝯuenire oīb⁹ t̄is cōib⁹ oīm predicamētoꝝ reſpectu ſuoꝝ̄ indiuiduoꝝ vel eſſentialit̄ inferioꝝ ⁊ nō reſpectu alioꝝ̄ t̄ioꝝ. Nequaq̄ aūt ꝯuenit indiuiduis. qr hec nō hn̄t inferiora ſe. Quo claret qđ vniuoce p̄dicari de primis ſubſtātijs. i. t̄is ſingularib⁹ abſolutꝫ. ꝯuenit omnibus ſcđis ſubſtātijs. i. t̄is abſolutꝫ cōibus. ſed nō ſolis. qr ꝯuenit differētijs eſſentialibus que ſunt in p̄ñto q̄litatis Eſt ḡ ꝓpriū ſcđo modo huius nomis ſubſtantia ſumpti in ſcđa impoſitiōe.

**3. Om̄is prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid.**
Que logice ſolū exponit̄. qr ſignificare ꝓpͤe eſt ſignoꝝ ⁊ nō reꝝ Et aūt ſignificare hoc aliq̄d ſignificare aliq̄d abſolute ⁊ ſingularit̄ ſiue diſcrete Quod ꝯuenit ſol' termis ſingularib⁹ illius predicamēti. qui ſignificātur hoc nomine prima ſubā. Quare ſignificare hoc aliquid eſt ꝓpriū quarto modo hui⁹ nomis prima ſubā.

**4. Subſtantie nihil eſt contrarium.**
Que poteſt interpretari de ſignis et rebus
1. Logice de ſignis ſubē. i. t̄io abſoluto vel ponibili in hoc p̄ñto. nihil eſt ꝯriū. i. nullus alius opponit̄ ꝯrie. Qđ ꝯuenit oībus t̄is ſc̄atibus ſubām ꝓpͤe dictā. nec ſolis. ſed quibuſdaꝫ ſignificātib⁹ qualitatē vt lumen. ſcia. Jccirco eſt ꝓpriū ſcđo modo huius nomis ſubā ſumpti in ſcđa impoſitione ⁊ ꝓpͤe.
2. Realit̄ de reb⁹ ſignificatꝫ ſubē. i. rei ſignificabili t̄io ſubāli. nihil eſt ꝯriūꝫ ꝯrietate ꝓpͤe dicta q̄ eſt repugnātia duaꝝ q̄litatū gradualit̄ diſtantiū Et hoc ꝯuenit oī ſubē ꝓpͤe dicte. ſed nō ſoli. qr q̄buſdaꝫ q̄litatib⁹ ꝓpͤe nihil ē ꝯriū vt lumī et ſcie. Eſt igit̄ ꝓpriū ſcđo modo hui⁹ noīs ſubā ſumpti in pͥa impōne ⁊ ꝓpͤe.

## 5. Subſtantia non ſuſcipit magis neque minus.

Hec ꝓprietas cōiter pari pede currit cum p̄cedēti. ſic qđ vbi vna affirmatur ibi et alia. et vbi vna negatur ibi et reliqua Nam hoc regulariter verum eſt. qđ vbi hec negat̃ ibi et prior. quia nihil habet cōtrarium niſi ſuſcipiat magis et minus Non tn̄ hoc regulariter ꝯuertit̃. quia nō om̄e ſuſcipiens magis et minus habet cōtrarium. vt patet de lumie et ſcia et virtutibus. que ſuſcipiūt magis et minus nec habent cōtraria. ſed priuatiue oppoſita qualia ſunt tenebre. ignorātia et viſcium Et poteſt exponi tam logice quā realiter.

1. Logice Termin⁹ huius predicamenti nō poteſt predicari vere et affirmatiē et ſe ſolo cum aduerbijs magis et minus importātibus intenſionē et remiſſionē vt falſe dicit̃ Joannes eſt magis homo q̄ȝ petrus Et hoc ꝯuenit om̄ibus termis ſignificātibus abſolute ſubām ꝓprie dictam. ſed nō ſolis. quia etiā quibuſdam termis aliorum predicamētoꝝ vt pater filius. bicubicū. tricubicum. Jccirco eſt ꝓprium ſcđo modo huius nōis ſubā ſumpti ſcđo intentiōaliter ⁊ ꝓprie.

2. Realiter Subā ſiue res ſignificabilis termīo predicamēti ſubē non ſuſcipit magis neqȝ minus (.i. nō poteſt in ſua eſſentia formalit̃ intendi et remitti) Hoc ꝯuenit om̄i et ſoli ſubē ꝓprie dicte. nulla eīn talis eſt intenſibilis vel remiſſibilis ſed ſola qualitas que conſiſtit in latitudine graduali Jccirco eſt ꝓpriū q̄rto mō huius nomis ſubſtantia ſumpta in prima impoſitione et ꝓprie.

## 6. Maxime ꝓprium eſt ſubſtancie ſecundum ſui mutationem eſſe ſuſceptiuū contrariorū. vt idem homo quādoque eſt albus. quandoque niger.

Que dupliciter exponi ſolet.

1. Logice Eſſe ſuſceptiuū contrariorū (.i. poſſe ſubici ſucceſſiue reſpectu predicatorum cōtrarie oppoſitorū) ſcđm mutationē (alteratiuā) ſui .i. rei per ipſuȝ ſignificate .i. ꝓpter mutationē naturaliter factam in re ſignificata per ipſum ) eſt ꝓprium maxime ſubē (.i. pꝛime ſubſtātie) Sic lȳ maxime ſumit̃ nomialiter ⁊ eſt gti caſus determinās nomē ſubē. Hoc modo poſſe ſubici ſaltem primo ⁊ principaliter. ſiue ex ſe ⁊ nō rōne alterius ꝯuenit ſolis primis ſubſtātijs (.i. termis abſolutis ſingularibus. termis eīn cōmunibus abſolutis ⁊ accidentalib⁹ nō ꝯuenit niſi rōne primarū ſubſtantiarū .i. termioꝝ abſolutoꝝ ſingularium a quibus pendet illarū ſuppoſitio) ſed nō om̄ibus. quia nō hijs qui ſignificant ſubās ſeparatas et celeſtes exemptas a peregrinis impreſſionib⁹. Eſt itaqȝ ꝓprium primo modo huius nōis ſubā ſumpti in ſcđa impoſitione et proprie.

2. Realit̃ Eſſe ſuſceptiuū ꝯrioꝝ (.i. poſſe ſucceſſiue i ſe recipe qualitates ꝯrias) ſcđm ſui mutatiōeȝ (ſcȝ alterationē. ſic qđ eēntialit̃ nō mutet̃) eſt maxime ꝓpriū (.i. maxime notificatiuū ) ſubſtantie (ſcȝ realis ſiue rei ſignificabilis ꝑ hunc terminum ſubā ꝓprie dicta et ſua eſſentialiter inferiora) Sic lȳ maxime ſumit̃ aduerbialiter detminans lȳ ꝓprium. nō ad ſtandum ꝓ ſua potiſſima ſignificatōe (.i. quarta) ſed ad ſenſum dictum pro maxime notificatiuo ſubſtātie realis. q̄m nullo alio magis ducimur in cognitionē ſubſtantie. que ſecundum ſe eſt inſenſibilis. Verbi gratia. dum in aqua ſenſus ſucceſſiue caliditatē et frigiditatē percipit intellectus mox diſcurrit aliqđ ſubſtantiale his qualitatibus ſucceſſiue ſubſtare Et hoc ꝯuenit ſoli ſubſtātie et nō om̄i (quia nō deo. ſubſtātijs ſeparatis ⁊

corporibus celeſtibus ) ſed ſolis ſubſtātijs generabilibꝰ et corruptibilibus. Eſt iccirco ꝓprium primo modo huius nomīs ſubā ſumpti in prima impoſitiōe et ꝓprie. vel ꝓprium quarto modo huius termī ſubā generabilis et corruptibilis.

e

Explanato primo predicamēto quod eſt terminoꝝ abſolutorū ordiamur tractatū aliorum nouem. que ſunt ſignorū vel terminorum ꝯnotatiuorum Et vocātur cōmuni vſu dialecticorū predicamenta accidentium. nō ex hoc quod oīes illorum termī ſignificent accn̄s reale ſiue formā realiter et accidentaliter ſubē inherentē. ſed quia extrinſice ꝯnotant et accidentalit̄ predicant̄ de termīs abſolutis Inter hec primū vocat̄ predicamentum quātitatis. qd eſt ordinatio oīm terminoꝝ ſignificātium per modum quātitatis. et potentiū ꝯuenienter rn̄deri ad interrogationē factam de prima ſubā (vel ꝓnomīe demōſtratiuo ) ꝑ aliqd horum queſitiuorū. quātum. quamdiu. quoties quot. quāto. vel ſimile Et vocat̄ predicamētum quantitatis. quia inter oīa hec nomīa ſupremū ⁊ cōmuniſſimū eſt lȳ quātitas vel quantū ſumptū in prima impoſitione et cathegorēatice nec diſtinctū ꝯtra ſua cadentia Quibus colligit̄ qd Modus ſignificādi huius predicamēti eſt ſignificare ꝑ modum quātitatis Id eſt ſcare plures res ſub ea rōe vt ſunt numerabiles. vel rem aliquā ſub ea ratione vt ratiōe ſuarum partium ſitualiter diſtātium ſit aliquo modo mēſurabilis. ſ. rōne extenſionis aut alicuius dimēſionis. duratiōis. ponderis. ꝯtinētie. vel capacitatis

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hūc moduȝ ſignificandi hn̄t hec noīa | Duo. tria. quatuor. ⁊c̄ ſcant enī mltas res ꝑ quibꝰ ſupponūt hr̄e aliquā certā ſpeciem numeri vel eſſe ſub aliq̄ certa ſpecie numeri. | | |
| | Bicubicū. Tricubicum. vlnare. pedale. bipedale. Hora. dies. menſis. annus. Uncia. marca. talentuȝ. Stopa. metreta. modius. maldrum. vrna. | Cōnotant. n. id ꝑ q̄ ſupponūt hr̄e ꝑtes ſcḋm quas eſt menſurabile ratione | Extenſionis vel dimenſionis. Durationis. ponderis. continentie vel capacitatis. |

Queſitiuū eſt lȳ quātum queſitiue et cōmuniter vſurpatū. vt querat de quibuſlibet rebus numeralibꝰ ⁊ de qualibet re mēſurabili Sic quod comprehendit ſub ſe hec queſitiua. quanto. quotus. quot. Quotennis. quamdiu. et ſimilia.
Modus predicandi eſt predicari vel cōuenienter poſſe reſponderi ad queſitiuuȝ illius predicamenti de prima ſubſtantia ( vel pronomīe primitiuo ) vt querēdo. Quot ſunt ſcholaſtici ? apte reſpōdetur tria. quatuor. Quantum eſt ſcamnum? cōuenienter rn̄detur bipedale vlnare. Quanto eſt extenſum ? reſpōdetur pedaliter cubice. Quocies fuiſti rhome? reſpōdetur bis. ter. Quotennis es? respondet̄ biennis. triennis. Quamdiu fuiſti rhome ? rn̄detur annū. menſem. Et ponūtur in hoc predicamēto oīes termī habentes illum modum ſignificādi et predicādi Inter quos ( vt dictū eſt) cōmuniſſimus ⁊ generaliſſimus eſt hic terminus quātitas vel quātum ſumptus in prima impoſitione cathegorematice et cōmuniter ſub quo ceteri oīes veluti eſſentialiter inferiores cōtinentur. Ea in vſurpatione ſignificat quaſlibet res numerabiles vel quodque mēſurabile. Quo patet. quod nec nomen quātitas nec aliquis terminus illi inferior ſignificat rem diſtictam a ſubſtātia et qualitate. ſed ſignificat hec vel alterū eorum ſub dicta cōnotatione ſecūdum quaȝ differt a ceteris predicamentis. Species vero illi īmediate ſunt. Magnitudo. Multitudo. quas philoſophus circumloquitur his complexis. quātitas continua. quātitas diſcreta. In q̄ ſenſu recipiat̄ hoc verbū Ariſtotel̄.

## Quantitatis aliud continuū aliud diſcretum.

Magnitudo ſiue quātitas continua et quiſcꝫ terminus ſub eo ſupponit pro ſubſtantia vel qualitate cōnotando ipſam habere diuerſas partes ſitualiter vel ſucceſſiōe diſtantes inter ſe cōtinuatas (ſic quod inter quaſlibet ſibi proximas nihil mediat ſed faciūt per ſe vnum ) ratione quarum poteſt aliquo modo menſurari Jccirco menſurabile dicitur ipſius proprium ( .i. cōuertibiliter de ipō predicabile ) Jd quod ſibi vult ſequens deſcriptio ariſtotelis.

## Quantitas continua eſt cuius partes copulantur ad terminum cōmunem.

Multitudo vero ſiue quātitas diſcreta et quilibet terminus eſſentialiter illi inferior ſupponit pro pluribus rebus que ſunt ſubſtātie vel qualitates vel hec ſimul cōnotando eos ab inuicem eſſe ſeparatas aut diſcretas vel ſecūdum rem vel rationem cōſiderandi et numerabiles aliqua certa ſpecie numeri. Exemplū primi. plures homīes vel lapides in hoc quod hñt certam ſpeciē numeri dicūtur multitudo ſiue quātitas diſcreta aut ſignificātur per hunc terminū vel alium illi inferiorem. Exemplum ſecūdi. partes linee vel aſſeris in hoc ꝙ conſtituūt certam ſpeciem numeri (puta in hoc qđ ſunt due medietates vel tris tertie dicūtur multitudo et hoc nomīe vel aliqua ſuarum ſpecierū formaliter ſignificātur. Proprium huius ſpeciei eſt numerabile. Hoc ſenſu recipiatur ſequēs deſcriptio ariſto.

## Quantitas diſcreta. eſt cuius partes nō copulantur ad aliquem cōmunem terminum : ſed vnaqueque diſcreta et diuiſa eſt ab alia.

Preterea ſcias quod magnitudinis ſiue quātitatis continue Ariſtotelis enumerat quīcꝫ ſpecies. que ſunt. linea . ſuperficies . corpus . locus . et tempus . quarum priores tres ſolum ſunt vere ipſius ſpecies ( Nam relique due hñt modoſſignificandi aliorum predicamētorum) Et poteſt facile ſumi diſtīctio illarum ſpecierū ex diſtinctis modis proprij magnitudinis. quod eſt menſurabile hoc pacto

| | | |
|---|---|---|
| Linea | et quiſque terminus eſſentialiter ſub eo ſignificat rem ſub ea ratione vt partes eius ſint mēſurabiles | Una dimenſione tantum .i. longitudine. Et proprium eius eſt lōgum. breue. |
| Superficies | | Duabus dimenſiōibus ſolum. ſcꝫ longitudine et latitudine. Et proprium eius eſt latum. ſtrictum. Rotūdum triangulare. hexagenum. penthagenum. |
| Corpꝰ | | Tribus dimenſiōibus. ſcꝫ longitudine. latitudine. et ꝓfunditate. Et eius ꝓprium eſt profundum. tenue. graue. leue. |

# Caput ij. de ꝙntis

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sub | Linea | Sunt hec omnia | Miliare.leuca.ſtadiū.paſſ⁹vlna.bicubicū.peda le ſecundū longitudinē tm̄.ān⁹.hora.dies.mēſis |
| | Sup̄ficie | | Ager.pratū.iuger.bicubicum. pedale. ſecundū longitudinem ⁊ latitudinem. |
| | Corp̄e | | Urna.vas.cantharus.ſtopa.metreta. vntia.ta lentum.marca.bicubicū.pedale ſcdm longitu dinem latitudinem ⁊ ꝓfunditatem. |

Species vero multitudinis philoſophus duas cōmemorat.ſ.numerū et oratio nem.Quod nō eſt accipiendū quod hij duo termini ſint vere ſpecies multitudis quia licet ſignificent res nūerabiles nō tn̄ habent formalem moduz ſignificandi huius ꝙnti Poſuit autē eas Ariſtoteles ſcdm opinionem multoꝝ tunc tempis frequentiorem.Uere autē ſpecies multitudinis ſunt omnia noīa nūeralia cardi nalia.vt ſunt.duo.tria.⁊c̄.Poteſt itaqꝫ poni ordinatio hui⁹ ꝙnti in hūc moduz

Quantitas

Magnitudo menſurabilis — Multitudo ſiue numerus.

vna dimenſione — pluri b⁹ — Cōpoſitus vt vndeci duo deci tredecim — Simplex

Linea — duabus — tribus

Sup̄ficies — Corpus — Digitus vt duo tria — Articul⁹ decē vigiti

Dicibiliū hui⁹ p̄dicamenti Ariſtoteles tris ponit ꝓprietates ꝯphēſas h̄ vſiculo

1. 2. 3.

## Non exigit contra. nec plus:ſed dicitur equa.

## 1. Cōmune eſt quātitati nihil eſſe contrarium

Que tā de rebus quā terminis exponi poteſt in hunc modum.

1. Logice. Cōmune eſt quātitati (.i.cuique termīo de p̄dicamento quātitatꝭ) nihil eſſe contrariū (.i.nō ſignificare certam et determinatā formā cui alia cōtra rietur et gradualiter repugnet.) Quod cōuenit omnibus termīs hui⁹ p̄dicamē ti.nec ſolis.ſed etiā p̄dicamenti ſubſtantie et quorūdam alioꝝ predicamentoruz Jccirco eſt ꝓprium ſecundo modo hui⁹ termini quantitas ſumpti ſecundo in tentionaliter.

2. Realiter. Cōmune eſt quātitati (.i.rei ſignificate vel ſignificabili termino p̄dicamenti quantitatis.que eſt ſubſtantia vel q̄litas.vt dixim⁹.) nihil eſſe ꝯriū (.i.cōtrarietate ꝓprie dicta.i.nulla q̄litas gradualr̄ repugnat.) Et hoc ꝯuenit alicui.puta illi que eſt ſubā.ƀ nō omi.qꝛ nō illi ſaltem vlr̄ que eſt qualitas

## 2. Quantitas nō ſuſcipit magis neque minus.

Que ſimiliter vtroque modo interpretatur.

1. Logice. Termini de p̄dicamento quātitatis non predicant̄ vere affirmatiue et ſe ſolis cum aduerbijs magis et minus.nec inquantū tales grāmatice cōpa rantur. Non.n.vere et proprie dicitur.hoc eſt magis vel minus bicubicum aut tricubicū illo. Hec ſunt magis vel minus tria aut quatuor iſtis. Et cōuenit om nibus terminis hui⁹ p̄dicamenti.ſed non ſolis.quoniā cōuenit terminis predica menti ſubſtantie. Jccirco eſt ꝓpriū ſcdo modo huius nomis quātitas vſurpati in ſecunda impoſitione. Neqꝫ ſunt hec nomia magnū paruum qn̄ compant̄ in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0043-5

hoc p̄dicamento ſed in genere relationis.
2. Realiter res ſignificata vel cōſignificabilis termīs hui⁹ p̄dicamenti formaliter nō intenditur neque remittit. Quod cōuenit alicui (.puta illi que eſt ſubā.) nō autem omī. quia nō illi que eſt qualitas..

## 3. Propriū eſt quantitati quod equale vel ineq̄le dicit.

Que duobus modis poteſt exponi.
1. Logice de quolibet termino p̄dicamenti quātitatis predicat in ꝓpoſitione per ſe vera hoc diſiunctū aequale vel inequale. Nam omīs magnitudo eſt equalis vel in aequalis. Omne bicubicū eſt aequale bicubico et inaequale tricubico. Omnis ternarius eſt aequalis ternario et inaequalis binario.
2. Realiter res ſignificata termino hui⁹ p̄dicamenti poteſt dici alteri aequalis vel inequalis. vt corpus corpori. numerus nūero. Et dicunt hee aequales de quibus predicat vna ſpecies quātitatis Inaequales vero de quibus verificant diuerſe ſpecies.

Predicamentum ad aliquid quid

8. Ubinde tractat de tertio predicamento quod aliud nihil eſt quam collectio omniū terminoꝝ ſignificantiū per modum reſpectus ad ſe vel ad aliud potentiū predicari de prima ſubſtantia (.vel pronomie demonſtratiuo.) ad interrogationē factaȝ per hoc queſitiuū. Quō ſe habet hoc reſpectiue ad illud (.ſcȝ ad ſe vel aliud.) Uocatur aūt predicamentum adaliquid a ſup̄mo et cōmuniſſimo. Nam inter omnes hos termios generaliſſimus et cōmuniſſimus eſt lïj adaliquid Cathegorematice. incōplexe ⁊ primo intentionaliter vſurpatū. vt aequiualeat his termīs relatio. relatiuū Quib⁹ facile clareſcit quod.

generaliſſimum

Moduſſignificandi eſt ſignificare formaliter per modū reſpectus ad ſe vel aliud abſqȝ alia extrinſeca habitudine. puta actionis. paſſionis ⁊c. rōne cui⁹ terminus aptus eſt vere et affirmatiue predicari de ſe ipſo cū hoc addito adaliquid. vt ſupra diximus in poſtp̄dicamentis. Uel quod idem reputo de nullo poteſt verificari niſi ei cōuenienter addi poſſit obliquus alteri⁹ dictionis quā ſui abſtracti. Uerbi gratia. de nullo poteſt verificari. pater quin cōuenienter de eo dici poſſit quod ſit eius tanquā filij pater.
Queſitiuū eſt quō habet ſe hoc ad hoc reſpectiue.
Modus predicandi eſt cōuenienter poſſe reſponderi ad interrogatiōeȝ factam d̄ prima ſubſtautia (.vel ꝓnoīe demonſtratio primitio.) ꝑ queſitm̄ huius predicamenti. vt querendo. quō habet ſe hoc ad hoc: ꝯuenienter reſpondet. vt pater ad filium. dominus ad ſeruū. ſimilis ad ſimilem.
Et ponunt in hoc p̄nto omēs termi habentes dictū modūȝ ſ̄candi ⁊ p̄dicandi. Inter quos ſup̄mus ⁊ gn̄aliſſim⁹ eſt hic termi⁹ adaliq̄d vt dictū eſt. ſub quo ceteri tanqȝ eēnāliter inferiores cōtinent. Ubi ſcias lïj adaliquid dupl'r vſurpari.
1. Complexe vt ſit ꝓpoſitio cum ſuo caſuali et ſic nihil ad propoſitum
2. Incōplexe vt ſit nomen indeclinabile mental'r incōplexū valēs tm̄ q̄ntū hoc nomē relatm̄ vel relatio Et ſic ſumit dupliciter:
Uno mō in prima impoſitiōe. vt ſupponat ꝓ re aliqua cōnotando eā reſpectie ſe habere ſiue eſſe referibilē ad ſe vel ad aliū. Hoc mō eſt gen⁹ gn̄aliſſimū hui⁹ coordinationis ſ̄cans ōēm rē mūdi que nō eſt alia quā ſubā vl' q̄litas. Nā queqȝ talis aliq̄ noīe h⁹ coordiatiōis p̄t ſ̄cari maxime his idē diuerſūȝ. Quare termi h⁹ p̄nti nō ſ̄cant rem quōlibet diſtinctā a ſubā et q̄litate ſ̄ alteꝝ hoꝝ vel vtrūqȝ Q̄ꝺ a lïj ſic enūctiant. Relatio nō diſtiguitur a rebus abſolutis. vel a ſuo fundamento.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0044-1

# Caput ij̄. de p̄ntis

Alio modo in ſcd̄a impoſitiōe vt ſcat termīos huius p̄nti qui vocant̄ vera relatiua. vel relatiua ſcd̄m eē aut ſignificationem. Ea in ſignificatiōe finitur a pho his verbis.

## Adaliquid talia dicunt̄ quorum eſſe eſt ad aliud quodā modo ſe habere.

Scias tn̄ hunc modū ſignificādi inſeparabiliter comitari p̄dicationem alicuꝰ de ſe ipſo mediante obliquo. ſic quod omnis termiꝰ habens dictum modū ſignificandi eſt referibilis ad ſe vel alium ſub habitudine obliqui caſus. vt pr̄ filij pat̄ dominus ſerui dn̄s. Quare eſſe ita referibile eſt quedā cōditio relatiuoꝝ conueniens omis terminis huiꝰ generis: ſed nō ſolis. qꝛ termis ſinguloꝝ aliorum predicamentoꝝ. qui eā ob rem vocant̄ relatiua ſcd̄m dici vel ſecundū vocem quaſi p̄ticipantia aliquā conditionem relatiuoꝝ. Nam cuiuſcꝫ p̄nti concreta ⁊ abſtracta ſic ad ſe inuicem ſunt referibilia. vt Homo eſt hūanitate hō. Humanitas ē hoīs humanitas. Albū eſt albedine album. Albedo eſt albi albedo. Magnuꝫ ē magnitudine magnū. Magnitudo eſt magni magnitudo ⁊cꝭ. Hanc conditionem expreſſit philoſophus ſequenti deſcriptione.

## Adaliquid talia dicuntur quecūcꝫ hoc ipſum quod ſunt aliorū dicunt̄. vel quōlibet aliter ad aliud.

Quo patet quod hec nō eſt vera deſcriptio relatiuoꝝ ſed groſſa quedam manuductio et cuiuſdā conditionis coꝝ notificatio. qꝛ conuenit relatiuis ſecundū dici nec omibus veris relatiuis ſed diſquiparantie tm̄. Nam relatiua equiparantie nō referuntur ad alia ſed ad ſe. Ubi ſciendum quod.

Relatiua ſcd̄m eſſe ſūt duplicia Nā q̄ddam dr

- Aequiparantie. quod cū ſuo correlatiuo ꝓfertur ſub identitate vocis. vel refert̄ ad ſe ſub habitudine proprij obliqui. vt ſimil̄ ſil̄i ſil̄is Idem eiuſdē idem aequalis equali equalis.
- Diſquiparantie. quod nō ꝓfertur eodem nomie cum ſuo correlatiuo: ſiue ſub habitudine alterius obliqui refert̄. vt pater filij pater. Et ſolet p̄tiri in relatm̄ ſup̄poſitiōis et ſuppōnis. quam diuiſionē miſſam facimꝰ quia nullius ꝓpe eſt ꝯmoditatis

Quibus tandem facile circumloqui p̄ſt ſpecies īmediate huiꝰ gn̄aliſſimi adaliquid. Nomina em̄ ſpecialia nō ſunt ipſis inſtituta. Et ſubinde facile eſt conſtituere arborem ſiue ordinationem huiꝰ p̄dicamenti

Huius p̄dicamenti. philoſophus ponit ſex ꝓprietates ſiue cōuenientias comp̄henſas his verſiculis.

## Oppoſitum recipit: et plus: conuertit̄ atque. Simul natura: ponūt et mutuo tollunt: Per patrem natū: per natum noſcito patrem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0045-6

# Libri Primi

Quaꝝ poſteriores due inferunt̄ ꝑ modū Corrolarioꝝ ex prioribus quatuor.

## 1. Cōmune eſt relationi habere ↄtrariū

## 2. Relatiua ſuſcipiunt magis et minus.

Que logice et realiter interp̄tari poſſunt ad modū quo ſuperius in aliȷ̄s predicamentis expoſite ſunt. Id tñ ſcias quod nulli termi huiꝰ p̄dicamenti (.qui ſunt vera relatiua ſecundū eſſe.) ꝓprie contrariant̄ vel p̄dicantur cū aduerbȷ̄s magis et minus.q: non ſ̄cant certas ⁊ determiatas formas ſeu qualitates contrarias intenſibiles et remiſſibiles

Addit:
- Relatiua ſcđm eſſe.q: relatiua ſ̄m dici ſepiꝰ ſunt termi ꝓprie ↄtrarȷ̄.atꝫ p̄dicant̄ cū aduerbȷ̄s magis ⁊ minus.vt albū nigruꝫ.calidum frigiduꝫ
- Proprie contrariant̄ ⁊c̄.quia quedam vera relatiua cōtrariant̄ contrarietate cōmuniter dicta (.i.nō poſſunt ſil̄ de eodem verificari.) et ꝑ acciñs
- predicant̄ cum aduerbio magis et minus (.i.nō p̄ciſe ꝓpter mutationē in ſuppoſitali ſ̄cato factā.ſed ſepius in altero.vel aduerbȷ̄s importantibus maiorationē ⁊ minorationē vt equale inequale.ſimile diſſimile.

Quibus patet quod in dictis ꝓprietatibus.Contrarietas et ſuſcipe magis ſumunt̄ cōir vel hec nomia relatio.relatm̄ cōiter.vt etiam ſe extendant ad relatiua ſecundū dici.ſic.n.ſunt quedā cōuenientie aliter mime.Uerum quia omnis res mundi eſt ſignificabilis termis huius p̄dicamenti ⁊ ſoli enti ↄuenit ↄ̄riari.intendi et remitti.nec omni (.quia nō ſubē.) Utraque ꝓprietatū realiter expoſita.eſt ꝓpriū primo mō huiꝰ nois adaliquid primo intentionaliter ſumpti.

## 3. Relatiua dicuntur ad conuertentiā

Que ſolum logice de ſignis eſt interp̄tanda.Ubi ſcias quod dici ad conuertentiam eſt terminū vl̄r de ſe poſſe verificari mediante obliquo ſui correlatiui.⁊ econuerſo rectū prioris obliqui de ſe mediante obliquo prioris recti.vt omnis pater eſt filȷ̄ pater.ergo omnis filius eſt patris filius.

Sic p̄dicari ex:
- Modoſignificandi et mediante obliquo alio ab obliquo ſui abſtracti cōuenit ſolis et omnibus veris relatiuis cōuenienter aſſignatis noibꝰ Jccirco eſt ꝓprium quarto mō huiꝰ nois adaliquid ſcđo intentionaliter et ꝓprie ſumpti ꝓ relatiuo ſcđm eſſe
- Habitudine reꝝ ſ̄cataꝝ ⁊ mediante obliquo ſui abſtracti cōuenit etiā relatiuis ſcđm dici atqꝫ concretis ⁊ abſtractis oim̄ p̄dicamentoꝝ.vt album eſt albedine albū.et albedo eſt albi albedo.

## 4. Relatiua ſunt ſimul natura.Simul.n.duplum et dimidiū ſunt.et cum dimidiū eſt duplū eſt et econuerſo

Que magis ꝓprie de ſignis intelligit̄ hoc pacto.Relatiua (.i.termini p̄dicamenti relationis.) ſunt ſimul natura (.i.ſe mutuo inferunt in ſubſiſtendi conſequentia.de quo ſupra in poſtpredicamento Simultatis diximus.)Uel ſic.ſunt ſimul̄ natura (.i.naturali intelligentia.quod in formali ratione vel conceptu vnius includitur alterum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0046-2

# Caput ij. de ꝑntis

Modoſignificandi formali conuenit ſolis et omnibus veris relatiuis (.expreſſa ampliatione in ampliatiuis:et abſolutis a ſexu que illuz diſtincte important.) Nam hec ſola ſic ſignificant quod nō poteſt ſciri vnū verificari de aliquo niſi determiate et ſpecialiť ſciatur alterum de aliquo verificari. Non poteſt.n.ſciri aliquid eſſe duplū niſi ſciatur dimidiū cuius eſt duplum et ediuerſo. Nec ſciri poteſt aliquod eſſe patrem niſi ſciať filius cuius eſt pater. Jccirco vt ſic eſt propriū quarto modo huius nomis adaliquid ſecundo intētionaliter ⁊ ꝓprie ſumpti.

Sic ſe inferre ex

Habitudine rei ſignificate cōuenit omnibus termis ꝯuertibilibus et nō ſolis hui⁹ ꝑdicamenti. Quare ſic eſt ꝓprium ſecundo modo.

In ampliatiuis expreſſa ampliatione.quia aliter nō cōueniret illis.vt non ſequiť.ſcibile eſt.ergo ſcientia eſt.ſed ſic ergo ſciētia eſt vel poteſt eſſe. Dicunť autem relatiua ampliatiua.que referunť ad ſua correlatia ſub habitudine diuerſoꝝ temporum ⁊ nō vnius ſolum

Nec fruſtra additum eſt

Abſolutis a ſexu ⁊c. quia niſi ſic nō valeret argumentatio.pater eſt.ḡ filius ē.domin⁹ eſt ergo ſeruus eſt.et ediuerſo.quia ſtat patrē non habere filium ſed filiā.nec filium patrem ſed matrē.dominū nō ſeruū ſed ancillam et ſeruū non dominum.ſed dominā.

5\. Relatia poſita ſe ponūt:et ꝑempta ſe perimūt. Si eñ non ſit duplum Non erit dimidiū et ediuerſo.

Jd eſt.ſi eſſe vel exiſtere vere ꝑdicatur de vno.vere et affirmatiue ꝑdicabitur de alio.et ita ſi negabiť.vt ſi illa eſt vera pater eſt.oportet hanc eſſe verā.filius eſt. Similiter ſi hec eſt vera.pater nō eſt.hec erit vera.filius nō eſt. Et debꝫ exprimi ampliatio in ampliatiuis.⁊ in connotantibus ſexū oportet fieri abſolutionem a ſexu.vt dictum eſt.

6\. Si quis definite nouerit vnum relatiuorum definite noſciturus eſt et reliquū. Oportet.n.in vtriſque vtrorūque rationibus vti.

Jd eſt.definitionem formalem vnius relatiuoꝝ ingreditur ſuū correlatiuū et ediuerſo. Quare habita definitiōe formali vnius facile eſt formare definitionē alterius. Nam definitio vni⁹ tranſpoſita ſola habitudine ſue cōnotationis fit definitio alterius.vt pater eſt ens hñs filium.filius eſt ens habens patrem.dñs eſt ens habens ſeruū.ſeruus eſt ens habens dominum.

q

[Q]uartum ꝑdicamentum eſt collectio omniū terminoꝝ principaliter et formaliter ſignificantiū per modū qualitatis et potentium cōuenienter reſponderi ad interrogntionē factam de pronomie demonſtratiuo primitio.ꝑ hoc queſitiuū quale vľ qualiter aut aliud his ſynonimū. Et vocatur predicamentū qualitatis a cōmuniſſimo Nam inter omia huiuſmōi ſigna ſupremū et cōmuniſſimū eſt lȷ̄ quale. Primo intentionaliter et Cathegorematice vſurpatum nec diſtinctū contra cadentia. Pro quo aduertēdum quod quale multipliciter vſurpatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0047-8

In prima impoſitione ⎡ Syncathegorematice.
⎣ Cathegorematice.

In ſecunda impoſitione ⎡ Proprie
⎣ Cōir

Syncathegorematice ⁊ queſitiue vt querat de re quandā habitudinē ſcđm quā nata eſt ſic vel ſic diſpoſita nomiari. Ea in ſignificatōe eſt ꝓprium queſitū huiꝰ p̄nti. ſi ſumit̄ cōmunit̄ vt ꝯprehendat ſub ſe oīa hec. qualiter. qualis. q̄les ⁊ ſiſ'ia

Cathegorematice ⁊ ꝓprie ſignificat ſubſtantiā ꝯnotando formā accñlem ipſi inherentem ſcđm quā nata eſt denomiari denoīatione concretiua que cōuenit illi qualitati vel forme abſtractiue ſub cōuenientia principij ⁊ differētia finis vł alit̄ quocunq̄ʒ mō Abſtractū vero q̄litas ſignificat principal'r hmōi formā que non eſt ſubſtantia ſed illi accidentaliter et realiter inheret nō potens ſua natura per ſe ſubſiſtere. vt albedo caliditas.

Cathegorematice Cōmuniter vt ſupponat ꝓ aliquo (. quod eſt ſubſtantia vel qualitas.) ꝯnotando formā ipſi inherentē ⁊ denoīantem ipm̄. vel ſaltem idipm̄ aut ꝑtes eius numeratas extenſas vel intenſas ſub aliq̄ habitudine accidentali nō reſpectiua abſq̄ʒ qua poſſent intelligi. ⁊ qua mō forme inherentis cōcipitur. Et ſic eſt genus gn̄aliſſimū huiꝰ p̄dicamenti. Et abſtractū eſt qualitas. Et ſunt termini tranſcendentes omnē rem mūdi ſignificare potentes. cōuertibiles cum hoc termino ens. Quare omis res mundi ꝑ termīos huiꝰ p̄nti eſt ſignificabilis Nōnunquā ſecundo intentionaliter vt ſignificet termīos cōcretos huiꝰ predicamenti. ſicut hoc nomen q̄litas terminos abſtractos. His facile colligi poteſt explanatio ſequentium definitionū.

**Qualitas eſt ſcđm quam quales eſſe dicuntur.**

**Qualia ſunt que ſecundū hec denomiatiue dicimur vel quōlibet aliter ab his.**

Id tn̄ nō ignores quod in priore nūerus pluralis vertatur in ſingularem ⁊ p̄ria perſona in tertiā. Altera vero erit formalior ⁊ facilior ſi mutat̄ in numeꝝ ſingularem. hoc pacto. Quale dicit̄ qđ ſcđm hanc denoīatie dr̄ vel quōlibʒ al'r ab hac Eſt itaq̄ʒ moduſignificādi ꝓprius huiꝰ p̄nti ſ̄care formaliter pricipaliter ⁊ eſſencialiter per modū qualitatis (. Id eſt cōnotare formā inherētem vel aliquid ſub certo modo et habitudine accidentali ac ſi eſſet forma inherens ⁊ ſubiectuʒ ſuū intrinſice abſq̄ʒ habitudine ad aliud denoīans. Nec fruſtra dicitur per modum qualitatis: quia nō omnes termī huius p̄nti ſignificant qualitatem aut formaʒ inherentē. Nec omnes termini hmōi formā inherentem ſignificātes ſunt de hoc p̄dicamēto Nam multi termī huius p̄nti ſignificant ſubſtantiā: nō quidem abſolute ſed ſub habitudine quadā accñli nō reſpectiua abſq̄ʒ qua poteſt intelligi et qua cōcipitur mō forme inherentis vel ac ſi eſſet forma inherens. Ita quoq̄ʒ termini multoꝝ aliorū p̄ntorum ſignificant qualitatem ſeu formā accidentalem ſed nō principaliter ꝑ modū forme denoīantis ſed ſub quadam habitudine vel ſpēali modoſignificandi alicuiꝰ alterius p̄nti. Verbi grā. hoc nomen riſibile vel riſibilitas terminus huius p̄nti ſ̄cat hominē nō abſolute ſed vt habeat naturaʒlem potentiā ad ridendū que habitudo eſt accidentalis homi ⁊ p̄ter intellectiuū ipſius eſſentialem abſq̄ʒ qua homo intelligi poteſt habens ſe quodāmodo ac ſi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0048-4

eſſet forma inherens denominãs ipſum (quemadmoduꝫ multi opinātur licet ſic nõ ſit) Preterea ſimile vel ſimilitudo ſignificat qualitatē ſiue formã alicui ſubiecto inherentem et ipſum denominantem non tñ formaliter et principaliter ꝑ modum forme inherētis ſed ſub habitudine reſpectiua ad aliud que eſt ratio ⁊ modus ſignificãdi ſpecialis p̄dicamenti ad aliquid igit̄ nõ eſt de hoc predicamento Quare om̄es et ſoli termi ſignificãtes formaliter principaliter et eſſentialiter per modum forme inherentis quodcū̄qꝫ tale ſit. ſunt in hoc p̄dicamento. Et hĳ cõuenienter poſſunt reſpõderi ad queſituū̄ huius predicamēti. quod ē ꝓprius modus predicandi illorum.

Ceterum ſpecies huius p̄dicamenti quum nõ habent ꝓpria noīa impoſita pſſt circumloqui et ordinari in hunc modum

Qualitas
Eſſentialis — Accidentalis
Inſenſibilis — Senſibilis
Adquiſita — Innata — Proprie vel vnico ſenſu — Cõiter ſiue pluribus ſenſibus

Sub hac ſpecie q̄ ē qualitas Eſſentialis. ponū̄tur termī cõnotantes intriſece et eſſentialiter Cuiuſmodi ſunt differentie magis ꝓpꝛie vt Rationale. ſenſitiuū. animatū et ſimiles Poſſent etiam ad eam reduci hec nomīa. humanus. lapideus ligneus. igneus. et ſimilia quãdo cõnotant ſubſtãtias totales Aliorū ſententia reducãtur ad qualitatem inſenſibilem innatam.

Accidentalis. ponū̄tur termini cõnotantes qualitatem extrinſece ⁊ accidentaliter. Sunt aū̄t illius quatuoꝛ ſpecies ſub quibus ponū̄tur diuerſi termini in hunc modum.

Sub hac ſpecieq̄ ē qualitas accñtal' inſenſibil' ponū̄tur termini ɔnotantes qualitatē nõ ꝑceptibileꝫ aliquo ſenſu exteriori

Adquiſita: Adquiſitam vſu⁊ frequētia actuū in ſubiecto poſt eſſe ⁊ ꝓductōem ipſius diſponētem ipm ad melius vel peius opanduꝫ (.i. facilius vel difficilius exercendū opatiões ſibi ɔuenientes et reſiſtendū nociuis) vt ſunt oīa noīa ſciaꝝ (Grãmatica. logica) virtutū (vt fortitudo. temꝑantia) vitioꝝ (luxuria vel auaritia) vl' ꝑcãtes ſubãꝫ ſub ea hitudine ⁊ rõne vt ex officio ſibi deſtinato incūbat aliq̄d agenduꝫ lõgo vl' breui tpe vt Papa. ceſar. iudex. magiſter..

Innata: Innatã ſiue ꝓductã cuꝫ ſubiecto diſponentē ad melius vel peius opanduꝫ. vel ſubãm aut ꝑtem eſſentialem ſub huiuſmõi habitudīe. vt ſunt cõiter paſſiões ſubãꝝ ſiue tioꝝ ſubãlīuꝫ. vt riſibile. flebile. rudibile. Et qꝛ nominibus ſic impoſitis caremus vtimur eoꝝ loco ſepius illis de prima ſpecie Sunt preterea in hac ſpecie nomīa ɔnotãcia ſexū (vt vir. mulier) vl' cõplexiões naturales (vt melãcolia. flegma. coloꝛa) ⁊ q̄litates eas comitãtes vt audacia ira

Proprie(.i.vno ſenſu) vt ſunt Color. odor. ſapor. et eorum ſpecies. albedo. nigredo. dulcedo. amaritudo.

Proprie

Sub hac ſpecie que eſt qualitas accñtal' ſenſibil' — ponūtur termini ɔnotantes qualitatem perceptibilem.

Cōmunit'

Cōmuniter(.i.plurib⁹ ſenſibus) aut ſubſtātiam ſub aliqua habitudine ꝛ ratione qua ſic eſt perceptibilis. vt ſunt rotunditas. triangularitas. curuitas. rectitudo. paritas. imparitas. Et generaliter oēs paſſiones quātitatꝫ ꝑtinnet diſcrete atqꝫ ſuarum ſpecierū Ita quoqꝫ nomia ſignificantia res artificialiter factas quando figuralem diſpoſitionē ɔnotāt ponūtur in hac ſpecie. vt menſa. coclear. annulus

Harum ſpecierū Ariſtoteles ſolum poſteriores quatuor cōmemorat quas circumloquimur ſequentibus complexis.

Primā ſpeciem circūloquimur per hoc complexum habitus vel diſpoſitio.

Ubi noīe [Habitus / Diſpōnis] itelligit' qualitas adquiſita [firmiter / debilit'] in ſubiecto radicata et [difficult' / faciliter] mobilis

Scdam per hoc complexum Naturalis potentia vel impotentia

Ubi naturalis [potētia / impoſſia] ꝓcat qualitatem innatā qua ſubiectum diſponitur ad [melius / peius] operandum

Tertiam per hoc complexum paſſio vel paſſibilis qualitas

Ubi [paſſio / paſſibilis qualitas] ꝓcat q̄litatē ſenſibilē ꝓprie i ſubctō radicatam [debilit' et faciliter / firmit' ꝛ difficult'] mobilē vt ē [verecūdia / rubedo in / in pomo]

Quartam per hoc complexum forma vel circa hoc ꝯſtans figura

Ubi hoc nomen [Forma / Figura] ſignificat rem (que re aūt ē ſubā vl' q̄litas) ſub accñtali q̄dã habitudie vl' ɔnotacōe ꝑtiū [nūcratar / extenſarū] Cuius ſpēs ſꝫ [paritas impatitas. / Triangularitas rotūditas]

His ſpeciebus plerique aliam adijciūt ꝓ termīs ſignificātibus qualitatē ſub accidentali quadam cōnotatione ſeu habitudine ſuarū partium vt ſunt pulchritudo formoſitas intenſio remiſſio ꝛ ſimiles. Solet aūt circumloqui hoc complexo qualitas qualificans In qua ponūtur omes ꝓprie paſſiones termioꝝ predicamenti qualitatꝫ Horum ſentētia qualitas eſſentialis eſſet ſexta ſpēs. Uerum extendendo hec vocabl'a forma figura ita q͛ hoc nomē forma ꝓcet qualitatē ſub ratione iam pridem dicta ꝛ hoc nomē figura complectat' ſignificationē vtriuſqꝫ horum ſm priorem eoꝝ vſurpationē qua ſupra accepta ſunt hec ſpecies ſcꝫ qualitas qualificans ſatis comprehēditur ſub quarta. In hūc modum accipiat inſequentus que ſequūtur.

# Caput ij. de ꝑntis

Cuius quatuoꝛ ſunt ſpecies. Pꝛima eſt habit⁹ vel diſpoſitio In qua ſunt om̄es termini ſignificātes qualitates adquiſitas quibus ſubiectū habet ſe pꝛompte aut difficulter ad ſuas operatiōes Secūda ſpecies eſt naturalis potentia vel impotentia. In qua ſunt om̄es termini ſignificantes qualitates innatas quibus ſubiectū redditur potens vel impotēs ad ſuas operatiōes naturales vt durum molle. Tertia ſpecies eſt paſſio vel paſſibilis qualitas. In qua ſunt om̄es termini ſignificantes qualitates inferentes paſſionē ſenſibus vt album dulce Quarta ſpecies eſt foꝛma vel figura vt pulcritudo triangularitas.

Id etiam nemo neſciat quod om̄es termini tercie ſpēi abſtracti et frequent termini pꝛime ſpeciei ſignificāt qualitatē accñtalem diſtictam ſubſtātie ⁊ ita ponūt in numerū contra ſubāz. Relique vero due ſpecies vt raro pꝛecipue ſcđa quēadmodum ex dictis facile cognoſci poteſt.

Huius generis. p. tris cōmemoꝛat ꝓpꝛietates. cōpꝛehenſas hoc verſiculo.

Oppoſitum recipit: et plus capit: atque per illam. dicat ſimile ſunt hec tria pꝛopꝛia quali.

1. Ineſt autem Contrarietas qualitati

2. Qualitas ſuſcipit magis et minus

Quarum vtraq; pōt interp̄tari realiter et logice ad modū q̄ ſupꝛa in alijs ꝑntis viſum ē. Et interp̄tata logice nec oib⁹ nec ſol' termis hui⁹ ꝑnti ꝯuenit nō oibus q2 nō ill' triāgulare q̄dꝛangl'are Nec ſolis q2 tmis p̄dicamentoꝝ actōis ⁊ paſſionis Icc irco nullomō eſt ꝓpꝛia At realit expoſita ꝯuenit ſoli q̄litati ꝓpꝛie dicte imo etiā ſoli q̄litati cōir dicte q2 ſoli enti Sz nō oi q2 nō his q̄litatib⁹ q̄ ſunt ſcia lux charitas illis em̄ nulla q̄litas ꝯriat Nec q̄litati q̄ eſt ſubſtantia Eam ob rem eſt ꝓpꝛius pꝛimo mō hui⁹ nois qualitas ſumpti pꝛimo intentionaliter.

3. Pꝛopꝛiū eſt qualitati ſm̄ eam ſimile vl' diſſimile dici.

Poteſt exponi dupliciter realiter ꝛ logice ſiue de rebus et ſignis
Realiter ꝓpriū eſt qualitati (.i.rei que eſt qualitas.) quod ſcd̄m eam aliquid
dicitur.i.natū eſt dici ſimile vel diſſil'e proprie vſurpatis vocabulis. Dicitur aūt
ꝓprie ſimile quod informat̄ aliqua qualitate eiuſdē̄ ſpeciei cum qualitate alteri⁹
rei. Ex aduerſo autē diſſimile ſic duo alba dicunt̄ ſil'ia. album ꝛ nigrum diſſil'ia.
Hoc cōuenit omni et ſoli qualitati ꝓprie dicte. Nam ſcd̄m omnē ꝛ ſolam talem
res cōtingit dici ſimiles aut diſſimiles. Quare eſt ꝓpria quarto modo hui⁹ no-
minis qualitas primo intentionaliter ꝛ ꝓprie dicti
Logice Ille paſſiones ſil'e.diſſimile.ꝑſe predicant̄ de omnibus et ſolis terminis
ſignificantib⁹ q̄litatem proprie dictā vt he ſunt perſe vere om̄e album eſt ſimile
albo et diſſimile nigro. Omne coloratū eſt ſimile vel diſſil'e alteri. Ille vero per
accidens Hō̄ eſt ſimilis homi Tricubicū eſt ſil'e vel diſſil'e tricubico
q Uintum predicamentū eſt collectio vel ordinatio om̄i terminorum
ſignificantiū formaliter vel principal'r per mō actionis vel agentis
in alterꝫ et potentiā predicari ſcd̄m ſe vel formaliter ſinonyma de ꝓ
nomie demonſtratiuo primitiuo ad interrogationem factā per hoc
queſitiuū quid agit. Et ſolet vocari p̄ntum actionis quia inter omnia hm̄oi ſig
na primū ꝛ cōmuniſſimū eſt hoc verbū ago vſurpatū primo intentionaliter nec
diſtinctū contra cadentia. Quibus clareſcet quod. Genus gn̄aliſſimū huius co
ordinationis eſt hoc verbū ago ſumptū primo intentionaliter ꝛ cōiſſime vt non
diſtiguit̄ contra ſua cadentia que ſunt agere.actio.actiuū.agens et ſimilia In
qua vſurpatione ꝯnotat id pro quo ſupponit ꝛ de quo verificat̄ ſuo nutu vl' pre
ſentia aliquid de nouo ad eſſe ꝓducere vel ſaltem aliud localiter mouere aut in
eſſe cōſeruare vel deſtruere. Et ꝓ illo ſupponit hoc abſtractū actio et alia abſtra
cta hui⁹ p̄dicamenti ſub dicta habitudine vel ꝯnotatione Id eſt cōnotando ip-
ſum ad nutū vel p̄ntiam alterius dicto mō ſe habere. Et ſic ſub ſe cōprehendit
omnia hec verba Intelligo volo genero calefacio voluto moueo Cōſeruo anni
hilo deſtruo cū ſuis cadentibus. Inter que abſtracta nōnunquā ſupponūt pro
forma inherente ſubſtantiali vel accn̄ali et concreta ꝓ ſubiecto vt generans gn̄a-
tio Calefaciens calefactio. Nonnūquā abſtracta ꝓ effectu producto ꝛ cōcreta
ꝓ cauſa vt Creans creatio ꝛcꝭ̄s.quibus ſic vtimur in primo mō denoīatiuorū.
Licet etiā hec et alia nonnūquā inueniant̄ vſurpari ſinonyme cum ſuis cōcretis
et in tertio mō denoīatiuoꝝ. Significant itaque ſinguli termī huius predicamē
ti nihil aliud a ſubſtantia vel qualitate ſed alterū eorum aut vtrunqꝫ ſub dicta
habitudine et cōnotatione id quod facile eſt cognitu ꝯſideratis diligenter predi
ctis. Et poteſt omnis res mundi ſ̄cari aliquo termino hui⁹ predicamenti Qui-
bus liquido ꝯſtat quod vulgata definitio actionis quam ponit author ſex prin
cipioꝝ in qua numerus pluralis mutandus eſt in ſingularem ꝛ prima ꝑſona in
terciā vt in qualitate diximus nō cōuenit omni actioni ſed ſolum illi que eſt for-
ma inherens Et interꝑ̄tat̄ in hunc mō.

## Actio eſt ſ̄m quā in id quod ſubicit̄ agere dicimur

Id eſt aliquod in paſſo de nouo adquiſitū ad p̄ntiam agentis.denoīans illud
in quo eſt ſubiectiue paſſum ꝛ illud a quo eſt effectiue agens Verbi grā calidi-
tas aque adquiſita ad p̄ntiam ignis denomīat aquam in quā recipitur ꝛ in qua
ſubiectat̄ paſſam ſiue calefactā ꝛ ignem a quo eſt effectiue agentem ſiue calefaci
entem ꝛ ſub ea rōne vel cōnotatione dicit̄ actio ſiue calefactio actiua Id eſt ſig
nificatur dictis nominibus actio.calefactio actiua.

Modus ſignificandi eſt ſ̄care formaliter p̄ricipaliter ꝛ eſſentialiter ꝑ mō actionis Id eſt cōnotare id pro quo ſupponit agere mō prius dicto.
Queſitiuū circūloquit̄ hoc ꝯplexo Quid agit abſoluēdo verbū a nūero. tpe. pſ-ſona ꝛ mō vt nō diſtiguat̄ his verbis agebat egit egerat aget ꝛ eoꝝ cōdeclineis
Modus p̄dicandi eſt poſſe p̄dicari ſcdm ſe vel formal̄r ſinonymū. eēnaliter ſupe-rius aut inferius de prima ſubā ſine ꝓnomie demōſtratiuo primitiuo ad queſi-tiuū huius p̄nti vt q̄rendo quid agit Anna cōueniēter r̄ndetur ridet. net. orat. cantat. decerpit vuas. legit oluſcula. colligit poma.
Hunc mō ſignificandi ꝛ p̄dicandi habent inſequentia nomīa.
1. Omnia verba actiue ſ̄cationis Id eſt de q̄bus ſumptis cū relatiuo qui que vel quod vere predicat̄ hoc verbū agit cōiſſime ſumptū nō curando cuiuſcunq̄ꝫ generis fuerint vt amo lego liceor vado loquor criminor amplector. Nam vera eſt predicatio Qui legit agit. Quis licetur agit.
2. Omnia ꝑticipia et verbalia ſcdm actiuam ſ̄cationē ab illis deſcendentia vt ſunt ꝑticipia p̄ntis tpis ꝛ futuri in rus. Verbalia in tiuus ꝛ aliq̄ in bilis vt riſibi-lis flebilis penetrabilis ſuſceptibilis ꝛ in io actiue ſumpta. Nam his aequiuoce vtimur Nonnūquā actiue vt ſint abſtracta actionū ꝛ de hoc predicamento Ali-quando paſſiue vt ſint abſtracta paſſionū ꝛ de predicamento paſſionis.
3. Noīa officioꝝ ꝛ dignitatū vt Papa impator iudex aduocatus. qn̄ formal̄r cōnotant homies quibus attribuūtur exercere certa officia vt papa fungi vice Chriſti interris: vniuerſis in ſpūalibus preeſſe ꝛ plenitudinem poteſtatis ſuper cunctos chriſtianos gerere. Imperator in ſecularibus cūctis p̄eſſe ꝛ ipa regere Et reſpondet̄ ad queſitiuū hui⁹ p̄dicamenti non ſecundū ſe ſed verba quibus ex-plicatur illoꝝ quid nominis vt querēdo quid agit Julius ꝯuenienter reſpondet̄ tenet vicem chriſti in terris ꝛ in ſpūalibus vniuerſis preeſt
Speciebus hui⁹ gn̄is nō ſunt nomīa impoſita. pn̄t autē circumloqui ex varijs modis cōnotandi de quibus ſuperius diximus ꝛ alibi lacius monſtrauimus.

Sextum p̄dicamentum eſt collectio oīm terminoꝝ ſ̄cantiū formalit̄ principaliter ꝛ eſſentialiter per mō paſſionis: predicabiliuꝫ ſcdm ſe vel formaliter ſinonyma de prima ſubſtantia vel ꝓnomie demōſtra-tiuo primitiuo ad interrogationē factā hoc queſitiuo quid patitur.

Et vocat̄ vſu logicoꝝ predicamentū paſſionis qr inter oīa hec ſigna gn̄aliſſimū ꝛ cōiſſimū eſt hoc verbū patior ſumptū primo intentionaliter nec diſtinctū con-tra cadentia. Quibus colligitur quod.
Genus gn̄aliſſimū hui⁹ p̄nti eſt hoc verbū patior ſumptū primo intention̄l̄r et cōiſſime nec diſtinctū cōtra cadentia ſua que ſunt. pati. paſſus. paſſibile. paſſio. Ea autē vſurpatione cōnotat id ꝓ quo ſupponit et de quo verificatur formam ſubālem vel accn̄lem in ſe recipere vel ipm ad alterius nutū aut pn̄tiam ad eſſe ſimpliciter vel in aliquo ſubiecto produci aut iam exiſtēs ꝛ ꝓductum in eſſe ſuo conſeruari vel deſtrui aut ex quodam preexiſtente ꝛ alio de nouo in eo cauſato compleri. vel localiter moueri. i. nunc eſſe in aliquo loco ꝛ nec prius nec poſtea in eodem ſed alio. vl̄ ſaltem ſcdm aliam ſui ꝑtem nūc reſpicere aliquod fixū quā īmediate ante hoc vel poſt hoc. Et pro hmōi re ſic cōnotata vel rebus ſic cōno-tatis ſupponit hoc abſtractū paſſio et alia abſtracta hui⁹ p̄dicnmenti ſub dic-ta habitudine eā cōnotans vel eas cōnotantia. Sic compr̄hendit ſub ſe omnia hec verba gn̄atur dealbatur. intendit̄. remittitur. conſeruatur. deſtruitur. anni-hilatur. volutat̄. mouetur localiter cū ſuis cadentibus puta gn̄atio intenſio ꝛc. Quibus omnibus nihil ſignificatur diſtinctū a ſubſtantia et qualitate ſ̄ alterū

corum vel vtrũq; ſub dicta habitudine vnde abſtracto quãq; ſignificatur forma inherens vel ſubſtantialis vel accñlis ⁊ cõcreta illius ſubiectum vt gñatum gñatio calefactũ calefactio Nonnũquã abſtractio ꝑcatur locus vel vbi ⁊ concreto locatũ vt mobile motus. quibus vt ſic vtimur in primo modo denomĩatiuoꝝ. Licet illa eadem ⁊ alia inueniant̃ vſurpata ſinonyme in tertio modo. Scias tñ quod his verbis et ſil'ibus generat̃. intendit̃ remittit̃ equoce vtimur ĩ hũc modũ

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
In priore loco illius termini ponat̃ terminus ſuperior cū ſigno vniuerſali diſtributiuo in eodē caſu ceteris nō variatis. In poſteriore . terminus rōe cui⁹ ꝓbat̃ ꝓpō ꝑdicet̃ in recto et affirmatiue de termīo ſuperiori recti caſus vel ſaltē e diuerſo vt Homo eſt ſenſitiuus. ꝓbat̃ ſic Cōponibiliter

Ratiōe
- Subiecti Omne aı̄l eſt ſenſitiuū et hō eſt aı̄l
- Predicati Hō eſt aı̄atus et ~~omne aı̄atū eſt ſe~~ ſitiuum

ergo hō eſt ſenſitiuus

Ita quoq; ꝓbent̃ ſequentes. Deus formauit hominē. Homo nō eſt lapis Aſinus eſt corruptibilis. Albedo eſt viſibilis

¶ Additur

¶ Omnis et ſola ꝓpō vera
¶ Termin⁹ Cathegorematicus

q꞉ hec duo genera ꝓbationū ſolū cōueniūt ꝓpōib⁹ veris et ratiōe terminoꝝ Cathegorematicoꝝ potētiū ſubici vel ꝑdicari in ꝓpōne

¶ Uel aliquod ipm includens. Nā quādo in ꝓpōe ponūt̃ verba. aduerbia. vel alie ꝑteſorationis que includūt terminū Cathegorematicū Prius reſoluant̃ in illum et facta reſolutiōe ꝓbent̃ mō ꝑdicto . vt Alicubi lucet ſol. reſoluit̃ ſic In aliquo loco lucet ſol. et ꝓbat̃ hac lege Hoc loco lucet ſol . et hic locus eſt aliquis locus. ergo ⁊c. Poſſet etiā loco ꝓnominis demōſtratiui ſumi aduerbium ipſi⁹ incluſiuū. vt ſic Hic lucet ſol . et hic eſt alicubi . ergo ⁊c

¶ Determinate ſuppones. q꞉ propō ratione termini ſupponētis diſtributiue vel confuſe tantū non ꝓbat̃ reſolubiliter

¶ Non determinās cōplexū ꝓpoſitionale. quoniā ratione illius ꝓpō ꝓbat̃ officialiter vt inferius dicemus.

¶ Habens aliū ſe inferiorē vel ſuperiorē. Eam ob rem ꝓpō nō poteſt ꝓbari cōponibiliter ratiōe termini tranſcēdētis. nec reſolubiliter ratiōe termi ſingularis.

¶ Qui cū ſigno diſtributiuo loco illius termini poſitus ⁊c . qm̄ aliter nō poteſt ꝓbari cōponibiliter. q꞉ altera ꝓbantiū erit falſa . Quare hec Omnis homo eſt animal. ratione ꝑdicati nō poteſt ꝓbari cōponibiliter

¶ Id quod in priore demonſtrāte . q꞉ ſi diuerſa demōſtrant̃ nō valet ꝓbatio. vt nō ſequit̃ hoc eſt hō ( demōſtrato Joanne ) et hoc eſt aſinus ( demōſtrato brunello ) ergo homo eſt aſinus .

Hi duo modi ꝓbandi ſunt ſyllogiſtici

Nā ꝓbatio
- Cōponibilis eſt ſyllogiſm⁹ de medio cōmuni. Et dicit̃ argumētatio a cōponētibus ad cōpoſitā
- Reſolubilis ē ſyllogiſm⁹ expoſitori⁹ vel de medio ſingulari. Et dicit̃ argumētatio a reſoluentib⁹ ad reſolutam

rōe ſui termini ad quē . quia ē ad
- inferius. quod eſt cōpoſitius Cōmunia enī ſūt ſimplitiora
- ſuperius. quod ē reſolutius et ſimplici⁹

# Libri Secundi Caput i.

Ideirco: vt illi modi probādi ſint formales: oportet terminos ſumi vniformiter quo ad ꝓprietates logicas: quēadmō in qualibet argumentatione ſyllogiſtica (ut inferius oſtendem⁹) Quare hec ꝓpō eſt ſpecies ſic ꝓbatur reſolubiliter: hoc eſt ſpecies: hoc eſt liȷ homo ergo ꝛc et non ſic homo eſt ſpecies et hoc eſt homo: quia variatur ſuppoſitio in genere.
Ad moderamen dictorum recipiant pueri: quod dicitur

**Terminus reſolubilis eſt rōe cuius ꝓpō ꝓbat̄ ꝑ duas reſoluētes: in quarū prima loco illius termi ponit̄ termi⁹ diſcret⁹ Sȝ in ſcđa talis termin⁹ p̄dicat̄ de t̄mīo diſcreto**

Subinde tractandū eſt de ꝓbatiōe exponibili. Ubi aduertendū quod ſigna ratione quorū ꝓpō exponit̄ vel exponibiliter ꝓbat̄ ſunt ſequentia Signa vniuerſalia affirmatiua: collectiua: excluſiua. Exceptiua: reduplicatiua: Compationem rerū ꝑ modū exceſſus: uel ſimilitudinis importātia: et ſigna diſtinctionē rerum importātia. De quibus in ordinē dicemus premiſſis ſequētibus tribus regulis.

1. Si ſignū exponibile [1. Affirmat̄ / 2. Negatur] qualiſcūq₃ fuerit ꝓpō affirmatia vl' negatia exponentes cōiūgāt ꝑ cōiunctionem
   - Copulatiuā et faciūt hypotheticā copulatiuā ad cui⁹ veritatem requirit̄ veritas oīm ꝑtiū: ad flitatē vero ſufficit falſitas vnius partis
2. - Diſiunctiuā vel et faciūt hypotheticam diſiunctiuā: ad cuius veritatē ſufficit veritas vnius partis: et ad falſitatem requirit̄ falſitas omnium partium.

3. Termini vtrobiq₃ in exponētibus et expoſita ſumant̄ vniformiter quo ad ꝓprietates logicas: maxime ſuppoſitionē in genere: ampliationē: reſtrictionē: appellationē ꝛc: qr aliter nō eſt formalis expoſitio: ut alibi diximus

Uerū qr huiuſmodi ꝓbatio aliud nihil eſt quā expreſſio latētis ſignificātie ſigni (eam eni ob rem expoſitio dicit̄) diligenter conſyderanda eſt cuiuſq₃ ſigni vis et ſignificatio: quia hec exponēda eſt in exponētibus et ad illam exprimēdā ſunt formande exponentes

Unde ſignū vl'e affirmatiuū vel affirmatū duo in ꝓpōe īportat .ſ.
- Praciacentem ꝓpōis in qua ponit̄ eſſe verā (.i. orationem que remanet depoſito ſigno vniuerſali)
- Nihil eſſe ſignificatū per terminū diſtributū ſigno vniuerſali quin de ipſo affirmetur vel negetur totum reliquum quod ponit̄ in ꝓpōe.

Hec duo explicantur ſequentibus duabus ꝓpōibus. Prior ſit preiacens vniuerſalis (.i. totū quod remanet ſublato ſigno vniuerſali). Altera ſic format̄ principio ſumat̄ ſignū vniuerſale negatiuū nihil: cū verbo ſubſtantiuo et termio prius diſtributo ꝑ ſignū vniuerſale et hoc ſemꝑ in recto. Poſt hoc immediate ſumat̄ liȷ quin cū relatio eiuſdē caſus cū termio diſtributo in expoſita ꝑ ſignū vl'e De hinc reliquū totū quod ponebat̄ in expoſita ſeruatis ꝓprietatib⁹ logicalib⁹ et quiſpiā terminus in expoſita ſupponit determīate in ſecūda exponēte reſtringat̄ relatiuo identitatis. Hoc modo exponi poteſt oīs ꝓpō nō excluſiua: exceptiua: in qua ponit̄ ſignū vl'e affirmatiuū nō vſurpatū reſtrictiue et affirmatū. ut

hec Omnis eſſentia diuina eſt pater: ſic exponit rōe ſigni omnis: Eſſentia diuina eſt pater: et nihil eſt eſſentia diuina quin ipſum ſit pater. Eodem mō exponant ſequentes Omnis pater in diuinis generat Omnis ſtudioſus eſt melancolicus Cuiuſqȝ contradictionis altera pars eſt vera. Deus videt diſtinctiſſime omnem creaturam.

¶Additur

¶Nō excluſiua ꝛc quia in illis ꝓpōibus nō tenet hec expoſitio ſed ſunt exponēde ratione aliorū ſignorū: ut inferius patebit.

¶Non vſurpatū reſtrictiue: quia ꝓpō rōe illius ſigni nō eſt exponēda ſed ratiōe totius aggregati ex determinatiōe et determiabili ꝓbat reſolubilit ut hec Producens omnē creaturā eſt deus: ſic ꝓbat Hoc eſt deus et hoc eſt producēs omnem creaturam ergo

¶Poſt hoc immediate ponat lī quin qꝛ hec dictio quin cū relatiuo grāmatico debet poni in exponēte immediate poſt terminū diſtributū. Quocirca ꝓpoſitiones de diſiunctis copulatis vel cōditionatis extremis ſunt diſtinguēde an in eis diſtribuat totū coniunctū nec ne et ſcdm hoc formet ſcda exponēs Uerbi gratia in illa Omne riſibile vel rudibile eſt aſinus ſi ſolū diſtribuit prior pars diſiuncti Scda exponens eſt hec Nihil eſt riſibile quin ipſum vel rudibile ſit aſinus. Si vero totum diſiunctū diſtribuit hec eſt ſcda exponēs Nihil eſt riſibile vel rudibile quin ipſum ſit aſinus.

¶Seruatis proprietatib⁹ logicis. Nam illis variatis nō valet expoſitio Uerbi gratia Omne homo eſt nomē cōis generis nō recte ſic exponit Homo eſt nomē generis cōis et nihil eſt homo quin ipſum ꝛc ſed ſcda ſic formetur et Nihil eſt lī homo quin ipſum ꝛc. Similiter iſta Quilibet homo currit non recte ſic exponit Homo currit et Nihil eſt homo quin ipſe currat. ſed ſecūda ſic formet. et Nihil eſt homo maſculus quin ipſum currat. Omnis homo eſt ſaluandus. non ſic exponatur. Homo eſt ſaluandus. et Nihil eſt homo quin ipſum ſit ſaluandū. ſed ſecunda ſic formet. et Nihil eſt vl' erit homo quin ipm ſit ſaluandū.

¶ Et ſi terminus in expoſita ſupponit determinate ꝛc. vt illa. Alicuius ſpeciei omne indiuiduū eſt aſinus: ſic exponatur. Alicuius ſpeciei aliquod indiuiduum eſt aſinus. et Nihil eſt indiuiduū eiuſdem ſpeciei quin ipm ſit aſinus.

Nec te fugiat quādo ſignū vniuerſale eſt impurū priuſquā exponatur ꝓpoſitio reſoluatur ſignū. vt Ubique eſt deus. reſoluto ſigno. Id eſt In omni loco eſt deus. exponitur ſic. In omni loco deus eſt. et Nihil eſt locus quin in ipſo ſit de⁹.

Hec ſufficiant ad preſens etiam de expoſitione propoſitionis ratione huius ſigni infinitum et aliorū: de quibus alibi lacius diximus. Unū tamen annotandum duxi de verbis Incipit et Deſinit. quod ratiōe cuiuſque horum propoſitio affirmatiua in qua ponitur ſufficienter exponit per explicationem ſue ſignificationis (.i. per vnam diſiunctiuā formatam ex duabus copulatiuis cui aequiualet (.vt ſupra patuit capi. 3. li. 1.) Uerbi gratia illa. Dies incipit eſſe ſic exponit. Inmediate poſt hoc erit dies et nunc non eſt dies. vel immediate ante hoc non fuit dies et nūc eſt dies. Dies deſinit eſſe. ſic exponitur. Inmediate ante hoc fuit dies et nunc non eſt dies. vel inmediate poſt hoc non erit dies et nunc eſt dies.

Hec hoc in loco ſufficiant. alia tractauim⁹ alibi.

Ad hunc ſenſum recipiatur quod ſequitur

# Libri Secundi Caput i.

Propoſitio rõne ſigni vl'is affirmati exponit per duas ꝓpoſitiones. In quarũ prima ſolũ deponit ſignũ. In ſecunda aũt Primo ponit negatio: ſecundo verbũ ſubſtantiuũ: tertio terminꝰ diſtributꝰ a tali ſigno: quarto liꝗ qui quinto relatiũ in eodem caſu: ſexto totũ quod non diſtribuebatur a tali ſigno.

¶ Preterea ſignũ excluſiuum affirmatum et ſumptum gratia.

Alietatis ſi ponit in ꝓpõne affirmatia ꝺnotat ꝑtum ꝯuenire ſubiecto et remoueri a quolibet
- Alio quod non eſt ſignificatũ ꝑ ſubiectum.
- Maiori numero nõ ſignificato ꝑ ſubiectum.

Pluralitat3 ſi ponit in ꝓpõne affirmatia ꝺnotat ꝑtum ꝯuenire ſubiecto et remoueri a quolibet

Alietatis ſi ponit in ꝓpõne negatiua ꝺnotat ꝑdicatũ remoueri a ſubiecto. et conuenire cuilibet
- Alteri quod nõ eſt ſignificatũ ꝑ ſubiectum.
- Numero maiori eo qui ſignificat per ſubiectum.

Pluralitat3 ſi ponit in ꝓpõne negatiua ꝺnotat ꝑdicatũ remoueri a ſubiecto. et conuenire cuilibet

Quãdo vero negat ꝯtradictorio modo ſignificat. Id quod explicatur duabus exponentibus. Quarum prior eſt ſimpliciter ꝑiacens excluſiue (.i. totum quod remanet depoſito ſigno excluſiuo eiuſdem qualitatis et quãtitatis cum expoſita.) In poſteriore vero predicatũ principale predicet de ſubiecto principali ſumpto hac clauſula: res que nõ eſt: vel erit ꝓ qualitate copule vl' alia aequiualenti (.quando ſignũ ſumitur gratia alietatis.) vel ſumpto cum hac ꝑticula Plures quã vel plura quã (.quando ſignũ vſurpatur grã pluralitatis.) et ſit oppoſite qualitatis cum expoſita. vniuerſalis ſigno affirmato. et ꝑticularis quãdo ſignũ excluſiuũ negatur

Verbi gratia. illa propoſitio ſic exponit

- Tantũ aĩal eſt homo — Aĩal eſt homo. et Nulla res que nõ eſt animal eſt homo. Vel ſic. Nihil quod non eſt animal eſt homo.
- Tm̃ anĩal non eſt hõ — Animal non eſt homo. ⁊ Oĩs res que nõ eſt aĩal eſt homo. Vel ſic Omne qꝺ non eſt animal eſt homo.
- Tm̃ quinqꝫ ſunt vl'ia — Quinqꝫ ſunt vl'ia. et Nulla plura quã quinqꝫ ſunt vniuerſalia.
- Tantum quinqꝫ non ſunt vniuerſalia. — Quinqꝫ nõ ſunt vl'ia. et Omnia plura quam quinqꝫ ſunt vniuerſalia.

Harum cõtradictorie exponantur per cõtrarias harũ exponentium. vt hec Nõ tantũ animal eſt homo ſic exponit. Nõ animal eſt homo (.ſiue Nullũ anĩal eſt homo.) vel Aliqua res que nõ eſt animal eſt homo. Ita quoqꝫ exponant alie .ſ. Tantũ deus eſt pater. Tantum pater generat Tantũ pater eſt deus. Solus

# De mō exponendi ꝓpōm rathe.

pater creat. Hoc eſt quod dicitur.

**Propoſitio rōne ſigni excluſiui exponiť per duas exponentes. Quarū prima debet eſſe preiacens excluſiue. Sȝ in ſecunda negatio debet remouere alietatem ab illo termino cui additur ſignū.**

Sumitur etiā ſignū excluſiuū quandoqȝ excluſiuȝ. qn̄ determiat aliquam partē ꝓpoſitionis et nō totam propoſitionē. ſic oratio inqua poniť aequiualet ſue preiacenti in veritate et falſitate.

¶ Inſuꝑ ſignū exceptiuū affirātū et poſitū in ꝓpoſitiōe
[ Affirmatia denotat predicatū principale affirmari
[ Negatia denotat predicatū principale negari.
] de quolibet ſuppoſito ſubiecti principalˀ alio a ſcaro ptis extra capite (.i. termi imediate ſeqn̄tis ſignū exceptiuū.) et ꝑtem extra captā tanqȝ inferiꝰ contineri ſub ſubiecto principali (.et ꝓinde ſubiectū principale verificari de ea.) et predicatum principale.
[ Negari / Affirmari ] de ꝑte extra capta.

Quando vero ſignū negatur contradictorio modo ſignificat.

Hoc explicatur tribus ꝓpoſitionibus quarum
[ Prior ſit expoſita in propria forma mutando ſignū exceptiuū in hoc cōplexū. qui non eſt. que nō eſt. vel quod non eſt (.ſecundum exigentiā cōgruitatis.) et obliquū in rectum. Eam ob rē eſt eiuſdem qualitatis et quantitatis cū expoſita.
[ 2. / 3. ] ſic formeť qꝫ [ ſubiectū / ꝓdicatur ] Pricipale ꝓdiceť d ꝑte extracapta. et [ ſigno exceptiuo affirmat ſit affirātia & negato ſit negatia. / ſit oppoſite q̄litatȝ cū expoſita.

Quantitas autem poſteriorū duarum ſumatur ex ſuppoſitione partis extra capte. in hunc modum.

Si pars extracapta eſt terminus
[ Singulalis
[ Cōis [ diſtributus. / nō diſtributus ]
] ſit vtraque [ ſingularis. / vniuerſalis / indefinita vˀ particularis.

Verbi grā illa
[ Oē aial preter hoīeȝ eſt brutum
[ Omē alˀ preter hoīem non eſt brutum
] ſic exponiť
[ Oē alˀ quod nō eſt hō eſt brutū. et Oīs hō eſt aial. et Nullus homo eſt brutū.
[ Omē alˀ quod nō eſt hō nō eſt brutū. et Oīs homo eſt alˀ. et Oīs hō eſt brutū.

Harum autem cōtradictorie ꝑ contradictorias harum exponentiū exponantur vt hec. Non om̄e aial preter hominē eſt brutū ſic exponiť. Non omne animal quod nō eſt homo eſt brutū. vel Aliquis homo nō eſt aial. vel Aliquis homo eſt brutum. Id eſt quod dicitur.

# Libri Secundi Caput i.

**Propõ rõne ſigni exceptiui exponit̃ per .5 exponẽtes ⁊c.**

¶ Preterea ſignũ reduplicatiue ſumptũ affirmatũ ⁊ in ꝓpõe affirmatiua poſitum denotat

- Predicatũ principale
- Partem reduplicatã

dici de ſubiecto principali. Nã ꝗciens ptũ aliqđ dicit de ſubiecto cũ reduplicatõe ꝺnotat vtrũ ꝫ de ſubiecto illo enũciari.

Predicatũ principale vl'r affirmari de pte reduplicata: quia denotat ptem reduplicatã importare adequatam cauſam inherentie ꝑdicati ad ſubiectũ. vt ibi Corpus inquantũ coloratũ eſt viſibile denotat̃ Omne viſibile eſſe coloratũ et omẽ coloratũ eſſe viſibile.

Signo ſumpto

- Cauſaliter: verificationem ptis reduplicate de ſubiecto principali eſſe cauſam verificatiõis principalis predicati de eodem.
- Cõcomitant̃: ꝓpõnem in qua ꝑdicatũ principale dicit̃ de ſubiecto principali ſe ꝗui in bona conſequentia ad ꝓpoſitionem in qua ps reduplicata enũciatur de eodem ſubiecto.

Qñ vero negatur et ponit̃ in propoſitione negatiua oppoſito modo ſignificat. Hec ſignificatio ſigni reduplicatiui explicat̃ ſequentibus quatuor ꝓpõnibus.

1. ſit eiuſdem qualitatis et ꝗntitatis cum expoſita.
2. ſit eiuſdẽ ꝗntitatꝫ cũ expoſita ⁊ ſigno affirmato affirmatia negato negatia
3. ſit eiuſdẽ qualitatꝫ cũ expoſita: et ſigno affirmato ſit vl'is vel pticularis quando ſignum negat̃

in qua

- predicatum principale
- pars reduplicata.

ꝑdicet̃ de ſubiecto principali.

ꝑdicatum principale predicet̃ de parte reduplicata.

4. ſit hypothetica

- Cauſalis
- Cõdictõal̃

ſigno affirmato affirmatia: vel negato negatiua: in cuius añte ps reduplicata ꝑdicatur affirmatiue de termino tranſcendente et in conſequente ꝑtum principale de relatiuo referente ſubiectum antecedentꝫ: affirmatiue qñ inter terminũ reduplicatiuũ et ꝑtum principale nulla ponit̃ negatio: vel negatiue ſi negatio mediat.

vt illa. Omnis hõ inquantũ rõnalis eſt riſibilis. ſic exponit̃. Omis homo eſt riſibilis. et Omnis hõ eſt rõnalis. et Omne rõnale eſt riſibile. et Quia aliquod eſt rõnale ipm eſt riſibile. Uel ſic. Si aliquid eſt rõnale ipſum eſt riſibile. Cuiꝰ ꝯtradictoria. Nõ omnis hõ inquantũ rõnalis eſt riſibilis exponat̃ per exponẽtes cõtrarias in hunc modũ. Aliquis hõ non eſt riſibilis. vel Aliquis homo nõ eſt rationalis. vel Aliquod rõnale nõ eſt riſibile. vel Nõ quia aliquod eſt rationale ipſum eſt riſibile. Uel ſic Non ſi aliquod eſt rõnale ipm eſt riſibile. Simili mõ exponantur ſequentes cũ ſuis cõtradictorijs. Chriſtus ſm quod deus eſt creator. Chriſtus inquãtum hõ eſt creatura. Pater et filius inquantũ vnũ principiũ ſpirant ſpiritũ ſanctũ. Hinc dici ſolet

**Propoſitio ratione ſigni reduplicatiui exponit̃ per quatuor exponentes.**

# De mõ exponendi ppõm cathe.

¶ Signũ alietatis vel differentie affirmatũ et poſitũ in ppoſitione affirmatiua denotat ambo extrema eſſe: et de ſe inuicẽ negari. Qñ vero negaᵗ vel ponitur in ppoſitione negatiua oppoſito modo ſignificat. Quod explicatur ſequentibus tribus propoſitionibus.

1. — ſit de ſcđo adiacente eiuſdem q̃litatis cũ expoſita in qua verbũ importans ſimile tempus cũ copula expoſite predicetur de — Primo / Scđo — extremo differentie
2.
3. ſit oppoſite qualitatis cũ expoſita: in qua vnũ extremũ differentie predicetᵗ de alio mediante ſimili copula cũ aduerbio vel alio quodã exprimente diuerſitatem importatam per ſignũ.

Et in ſecunda exponente addatur aduerbiũ ſimul copule ppõnis. Termini etiã accipiantᵗ eodem modo quo ad ſuppoſitionẽ in ſpẽ et alias pprietates logicas: exquo ſatis cognoſci põt q̃ntitas exponentium. Verbi grã. Omis hõ differt ab aſino: ſic exponiᵗ. Oĩs hõ eſt: et Omnis aſinus ſimul eſt: et Nullus hõ eſſentialiter eſt aſinus. Pater in diuinis eſt alius a filio: ſic exponiᵗ. Pater in diuinis eſt: et Omnis filius in diuinis ſil' eſt: et Pater in diuinis pſonaliter nõ eſt filius. Harum cõtradictorie exponanᵗ per cõtradictorias illaꝝ exponentium. vt illa Non omnis homo differt ab aſino ſic exponiᵗ. Aliquis homo nõ eſt: vel Aliquis aſinus ſimul nõ eſt: vel Homo eſſentialiter eſt aſinus.

Hoc in ſenſu recipiatur quod dicitur.

## Propoſitio ratione lĳ differt exponiᵗ p tris exponẽtes: quarũ prime due dicunt exiſtentiã extremorũ: ſed in tertia vnũ differens negetur ab alio.

Signũ importans nõ identitatem. denotat ſolũ exiſtentiã vnius extremi. Iccirco eius virtus vel ſignificatio ſufficienter explicaᵗ per duas ppoſitiones. ſ. primã et tertiam: omiſſa ſecunda ex prioribus tribꝰ. vt Homo eſt nonidẽ chymere: ſic exponiᵗ. Homo eſt: et Homo eſſentialiter nõ eſt chymera: igitur ⁊c̃.

¶ Compatiuus ꝯpatiue tentus affirmatus et in ppõne affirmatiua poſitus: vel poſitiuꝰ cum aduerbio magis vel minus poteſt vſurpari quadrupliciter.

1. Proprie — 2. Improprie — 3. Imp̃priſſime — 4. Abuſiue — qñ dnotat exceſſũ vniꝰ extremi ꝯpatoꝝ ſup̃ aliud (. ſiue abnegat gradũ eq̃litatꝫ vniꝰ ab alio) et habitudinẽ in qua fit compatio conuenire
- Vtriqꝫ — ꝯpatorum vt — Leo eſt fortior hoĩe. Deꝰ ẽ melior dyabl'o
- Alteri puta rei excedẽti tantũ. — Vri ẽ meliꝰ q̃ꝫ mori
- Neutri — Neutri extremorũ et addiᵗ alicui repugnãti ſue pprie ƀcatiõi vt Pilatꝰ fuit melior nequã quam iudas.

Qñ vo negaᵗ ꝯpatiuꝰ vel in negatiã ppoẽ poniᵗ oppoſito modo ƀcat
Id quod explicatur tribus ppoſitionibus: que ſecundũ diuerſam vſurpationẽ compatiui aliter et aliter formanᵗ: in modũ qui ſequitur.

# Libri Scdi Caput i.

¶ Cõpatio ſumpto proprie
- Prima / Scda: ſit eiuſdẽ q̃litatꝫ cũ expoſita. in q̃ poſiti⁹ illius ꝯpatiui p̃dicet de termio ſ̃cãte rẽ excedentem / exceſſam
- Tertia ſit oppoſite qualitatꝫ cũ expoſita. in qua idem poſitiu⁹ cum aduerbijs ita. ſicut. ⁊ cũ termino ſ̃cante rem excedentem predicetur de termino ſ̃cante rem exceſſam.

Et termini ſupponant eodem modo in ſpecie in exponentib⁹ et expoſita per q̃d ſatis cognoſci põt quantitas exponentiũ (.i. quanta queq꞉ eſſe debeat.) Verbi gratia. Leo eſt fortior homie ſic exponit̃. Leo eſt fortis. et Omnis homo eſt fortis. et Nullus homo eſt ita fortis ſicut leo.

¶ Improprie accepto compatiuo formant̃ eodem mõ. niſi quod in ſecunda addatur poſitiuo negatio po poſita tamen copule. vt Deus eſt melior diabulo. ſic exponit̃ ꝑprie ſumpto ꝯpatio. De⁹ eſt bonus. et Ois diabolus eſt nõ bon⁹. et Nullus diabulus eſt ita bonus ſicut deus.

¶ Impropriiſſime ſi vſurpat̃ compatiuus. omẽs exponentes ſint eiuſdem qualitatis cũ expoſita. et in exponentibus ſumat̃ poſitiuus oppoſitus poſitiuo illi⁹ compatiui. cui in tertia exponente addat̃ minus quam et terminus ſignificans. rem exceſſam. que p̃dicentur de termino ſ̃cante rem excedentem. vt Uri eſt melius quã mori ſic exponit̃. Uri eſt malum. et Mori eſt malũ. et Uri eſt minus malum quam mori.

¶ Abuſiue ſumpto comptiuo. formant̃ exponentes eo mõ quo ſi ꝓprie ſumatur niſi quod loco poſitiui illi⁹ compatiui ponatur hic compatiuus magn⁹ vt Pylatus fuit melior nequã quam Judas. ſic exponitur abuſiue ſumpto compatio Pilatus fuit magnus nequã: et Judas fuit magnus nequã. et Pilatus nõ fuit ita magnus nequã ſicut Judas.

Harum cõtradictorie exponant̃ per ꝯtradictorias illarũ exponentiũ. vt illa Nullus leo eſt fortior homine ſic exponit̃. Nullus leo eſt fortis. vl' Aliquis homo nõ eſt fortis. vel Aliquis homo eſt ita fortis ſicut leo.

Ea lege recipiatur quod dicitur.

## Propõ rõne ꝯpatiui gradus exponit̃ ꝑ tres exponentes In quaꝝ primis duab⁹ poſitiu⁹ illi⁹ ꝯpatiui p̃tur de rebus compatis. Sed in tertia gradus equalitatis vl'r abnegetur de re exceſſa.

¶ Suplatiuus affirmatus et in ꝓpoſitione affirmatiua poſitus. vel poſitiu⁹ cũ aduerbio maxime poteſt vſurpari quadrupliciter.

1. Proprie / 2. Impprie — q̃n denotat res inuicem compatas eſſe — eiuſdem / diuerſa — ſpẽi. Sic illa. Leo eſt fortiſſimus hoim eſt — falſa / vera
3. Impropriiſſime. quando denotat̃ poſitiuus illi⁹ ſuperlatiui verificari d̃ vno extremoꝝ vel compatorum tantũ: puta de termino ſ̃cante rem excedẽtem. et nõ de termino ſ̃cante rem exceſſam. Sic illa concedit̃. Diabolus eſt ꝑuerſiſſima creaturaꝝ. Cygnus eſt albiſſimus coruorum.

4. Abuſiue. qñ additur dictioni repugnanti ſue ſignificationi. vt Johannes eſt optimus nequam.

Et ſingulis modis poteſt exponi
- poſitiue: ſiue affirmatiue — quãdo denotat alteꝝ comparatorum a nullo excedi — nec aliqđ ipſi eſſe aequale.
- priuatiue: vel negatiue — nõ curãdo an aliđ ſit ipſi eq̃le

Quando vero negatur. vel ponitur in ꝓpoſitione negatiã ſignificat oppoſito modo. Hec ſignificatio ſuplatiui explicatur tribus ꝓpoſitionibus. que ſecundum diuerſam vſurpationem ſuplatiui aliter et aliter formantur: in modũ qui ſequitur.

¶ Sumendo ſuplatm̃ ꝓprie in
- 1. poſitiuus illius ſuperlatiui — cũ recto geniti pluralis (.vel ablatiuo gti collecti ſingl'aris mediãte ꝓpõe in.) p̃dicetur de termio ſcante rem excedentem.
- 2. — p̃dicetur de termio ſcante rem exceſſaꝫ
- Et vtraque ſit eiuſdẽ qualitatis cum expoſita.
- Tertia exponendo ſuplatm̃
  - affirmatiue — ꝯpatiu⁹ illi⁹ ſuplatiui cũ tio ſcãte rẽ — exceſſam ⁊ ſigno alietatis p̃dicetur de termio ſcante rẽ excedentem. et ſit eiuſdem q̃litatis cum expoſita.
  - Negatiue — excedentem p̃dicetur de noĩe rei exceſſe cũ ſigno alietatis Et ſit oppoſite qualitatꝫ cũ expoſita.

Quãtitas vero exponentiũ ſumatur ex ſuppoſitione terminorum.
vt Leo eſt fortiſſimus hoim. ſic exponitur. Leo eſt fortis homo. et Omnis homo eſt fortis. et Leo eſt fortior hoie alio a ſe. affirmatiue ſumendo ſuplatm̃. Si vo negatiue vſurpatur ſit hec tertia. Nullus hõ alius a leone eſt fortior leone.
Item Nullus leo eſt fortiſſimũ aialiũ. ſic exponitur ꝓprie ſumẽdo ſupltm̃. Nullus leo eſt forte aial. vel aliqđ aial non eſt forte. vel Nullus leo eſt fortior aiali alio a ſe. Uel negatiue Aliquod aial aliud a leone eſt forti⁹ leone.
¶ Improprie vſurpato ſuplatiuo. ſingule exponentes formantur eodem mõ hoc ſolo dempto. quod in prima omittitur rectus et ablatiu⁹ gti ſcantis rem exceſſaꝫ et in tertia ſignũ alietatis. vt Leo eſt fortiſſim⁹ hoim improprie ſumẽdo ſupltm̃ ſic exponitur. Leo eſt fortis. et Omnis homo eſt fortis. et Leo eſt fortior hoie. vel negatiue ſic. et Nullus homo eſt fortior leone.
¶ Improprijſſime ſumendo ſuplatiuũ: exponentes formantur eodem modo quo ſi ꝓprie vſurpatur. niſi quod in ſecunda exponente poſitiuo illi⁹ ſuplatiui addatur negatio poſtpoſita tamen copule et ſubiecto ſignũ alietatis. vt Diabolus eſt ꝑuerſiſſima creaturaꝝ ſic exponitur. Diabolus eſt ꝑuerſa creatura et omĩs creatura eſt nõ peruerſa. et Diabolus eſt ꝑuerſior creatura alia a ſe. Uel negatiue Nulla creatura alia a diabolo eſt ꝑuerſior diabolo.
¶ Abuſiue ſumpto ſuplatiue. exponentes formantur eodẽ mõ quo prius: niſi qđ nõ accipiantur poſitiuus et compatiuus ꝓprij ſuplatiui ſed illis oppoſiti.
In hoc ſenſu recipiatur quod dicitur.

**Propõ rõe ſuplti expõitur ꝑ tris exponẽtes. In q̃ꝝ primis duabus poſitiu⁹ illius ſuplatiui p̃dicatur de reb⁹ compatꝫ.**

# Libri Scđi Caput i.

**Sed in tertia gradus ſupioꝛ vniuerſaliter abnegeꝶ de re exceſſa: et hoc negatiē exponēdo ſuplatim Sed affirmatiue exponēdo ſuplatim in tertia gradus ſuperioꝛ debet vniuerſaliter affirmari de re excedente.**

¶ Ad extremū videndū eſt d̄ ꝓbatione offitiali. Ubi ſciendū quod termin⁹ offitialis ꝓpꝛijſſime ſumptus eſt: qui determināt cōplexū ꝓpōnale ſupponēs ꝓ tota ꝓpōe (id eſt: modus faciens modalē cōpoſitā) Hic autē in ꝓpōe poſitus denotaꝶ verificari de ꝓpōe in qua vna pars dicti verificaꝶ de alia: et illā ꝓpōez p̄ciſe et pꝛimarie ſ̄care vnā ꝑtē dicti dici de altera. Id quod explicaꝶ duab⁹ ꝓpōibus: que ſic formanꝶ

In pꝛima: modus ille p̄diceꝶ de ꝓnomine demōſtratiuo demōſtrante ꝓpōnem pꝛo qua illud cōplexum ꝓpoſitionale ſupponit.

In ſcđa Hoc verbū ſ̄cat cū his aduerbijs p̄ciſe et pꝛimarie et dicto (ſiue complexo ꝓpōnali) ſ̄catiē et ꝑſonaliter ſumpto p̄diceꝶ de hoc relatiuo que referēte ꝓpōem pꝛo qua huiuſmōi cōplexū ꝓpōnale ſupponit: Uerbi gratia: hec ꝓpō Mulierē eſſe inſtabilem eſt veū ſic ꝓbaꝶ. Hec ꝓpō Mulier eſt inſtabilis eſt vera que p̄ciſe et pꝛimarie ſ̄cat mulierē eſſe inſtabilē. Itē Hominē eſſe aīal eſt poſſibile ſic ꝓbaꝶ Hec ꝓpō Homo eſt animal eſt poſſibilis: que p̄ciſe ⁊ pꝛimarie ſignificat hominem eſſe animal.

¶ Sumiꝶ tamē nonnūquā multo largius. Et ꝓpō ratiōe iſtius ꝓbaꝶ ꝑ deſcriptionē ſiue definitionē quid nominis termī: vel explicationē illius quod citra pꝛopōem denotat. Sic illa Appeto vinū ſic ꝓbaꝶ ratōe illius verbi appeto. Inclinoꝛ in vinū tāquā in bonū apparens vel exiſtēs: et ita denotaꝶ per hoc verbum appeto igiꝶ. Tantū homo eſt aīal ſic ꝓbaꝶ Hoc p̄dicatū aīal enunciaꝶ de hoc ſubiecto homo et de nullo alio ab eo (ſiue negaꝶ ab omni alio) et ita denotaꝶ ꝑ hoc ſignū Tantū Omnis homo eſt aīal ſic ꝓbaꝶ Hoc p̄dicatū aīal vniuerſaliter verificaꝶ de hoc ſubiecto homo (ſiue cōuenit omni ſubiecto ꝓ omni ſuppoſito) et ita denotaꝶ per hoc ſignū omnis: ergo ⁊c De quo alibi latius diximus.

Hec pꝛo rudimentis puerorum ſufficiant.

Hac lege accipiatur quod dicitur

**Terminus offitialis eſt qui impoꝛtat offitiū circa totā ꝓpōem. Ratiōe cuius ꝓpō ꝓbaꝶ ꝑ duas offitiātes. Quarū pꝛima ſic formeꝶ Hec eſt poſſibilis vel ſcita ſ̄m exigētiā termī offitialis Sed ſcđa ſic formeꝶ: q̄ p̄ciſe ſ̄cat hoc eſſe ſic vel ſic ſ̄m exigētiā t̄mī poſiti circa t̄minū offitialē**

# Caput ij. de paſſiōib' ꝓpōis hyp.

C Apite ſecundo libri ſecundi ꝑquiruntur paſſiones (.ſiue habitudi-dines.) ꝓpoſitionis hypothetice. Que autem huiuſmōi ſint in prohoemio operis diximus. Nunc autem docebimus quonā pacto a pueris facilius cognoſcantur ¶ Et id principio de qualitate. Ubi ſcias quod qualitas in hypotheticis ſumitᷣ eodem modo quo in cathegoricis (.puta ex affirmatione vel negatione copule principalis.). Uolens itaque ſcire qualis ſit propoſitio hypothetica conſyderet que ſit illius copula principalis

Nam ſi ꝓpō habuerit

- Unam copulā que
  - Affirmatur ꝓpoſitio eſt affirmatiā: vt eſt videre in illis. Nemo imperio ſuo fidat et inopem me copia fecit. Uidens nullū homine mouetur vel diuitie ſunt premia belli. Nō homo eſt animal non et fratrum gratia rara eſt. Nulla pacientia longā eſt et nemo libertati fidat. Homo non eſt aſinus et deus eſt.
  - Negatur ꝓpoſitio eſt negatiua. vt Non leo eſt bos et ignis eſt aqua (.negatione ſumpta neganter vt feratᷣ in totum ſe-quens.) Nulla eſt ſincera voluptas nō et filius portabit iniquitatem patris. Probo meliora nō vel deteriora ſequor.
- Plures copulas: quarū vna affirmatur et alia negatur: diſtinguatur que ſit principalis: ex cuiꝰ affirmatione vł negatione ſumatᷣ qualitas. vt claret in illa. Si peccatū per penitentiam mox non diluitur ipm in aliud trahit et maior ei poena debetᷣ non vel facile meretur indulgen-tiam. Nam ſi coniunctio condicionalis vel copulatiua eſt copula principalis eſt affirmatiua: quādo vero vel eſt copula principalis eſt diſ-iunctiua negatiua.

Qñ autem copula negatᷣ et quando non: facile cognoſci poteſt ex cōmemoratis circa primū poſtpredicamentū.

¶ Preterea: Quantitas ꝓprie: et eo modo quo cathegoricis: nō conuenit ꝓpōi-bus hypotheticis: ſecundū ſe totas.

Addit

- Proprie et eo modo quo cathegoricis: quia ſm analogiā et metaphorā quandam poſſint dici alicuiꝰ quantitatis. in hunc modū.
  - Copulatiua affirmatia / Diſiunctiua negatiua — eſt vłis — quia ad ſui veritatem — requiritur ṽitas oīm partiū vt ad veritatez vłis oīm ſingularū.
  - Diſiūctiua affirmatiua / Copulatiua negatiua — ē ꝑticłarꝫ — quia ad ſui veritatem — ſufficit veritas vniꝰ ꝑtis: ſicut ad veritatē ꝑticularis vnius ſris.
- Secundū ſe totas: quia ratiōe ſuarū ꝑtiū poſſunt dici alicuiꝰ qualitatꝫ (.i. ꝓpoſitiōes cathegorice quibus componūtur ſunt alicuiꝰ q̄ntitatꝫ.)
- Sed hec nō curatur a logicis: nec alicuiꝰ cenſetur comoditatis.

Id quod ſibi vult ſequens oratio.

**Nota propoſitiones hypothetice nullius ſunt quantitatis: ſed quādo negatio cadit ſuꝑ copulam eſt negatiua: qñ non eſt affirmatiua.**

# Libri Scd̄i Caput ij.

¶ Inſuper pro oppoſitione ꝓpoſitionū hypotheticarū ſcias quod in hypotheti cis dupliciter pñt ſumi ſpecies oppoſitionis.

1. ¶ Uno modo formaliter: ſic quod in ſimili forma nō poſſit dari inſtantia ꝓp ter diuerſitatē qualitatis in hunc modū.

Omnis propoſitio hypothetica cuiuſcūque ſpeciei habet cōtradictoriam: que datur per negationē aduerbialem ipſi prepoſitā et negantem totū quod ſequit᷑.

Copulatiua ⎤ ⎡ diſiūctiā ⎤ ⎡ ſubalternate cōtrariatur
Cauſalis ⎬ ſubalternat ſibi ⎨ rōnalem ⎬ de ꝑtib⁹ ſinonymis. Et ꝯdictoria ⎨ ſubalternanti.
ſubalternantis ſubꝯꝛiat᷑
Rationalis ⎦ ⎣ ꝯdictiōalē ⎦ ⎣ ſubalternate.

Id quod exemplariter cognoſces in ſequentibus figuris.

Homo ē et homo mouet᷑ — Nō homo ē vel homo mouetur
Nō ē vel hō mouet᷑ — Nō homo ē et homo mouetur

Quia homo ē homo mouetur — Nō homo ē ꝗ homo mouet᷑
homo ē ergo homo mouet᷑ — Nō quia hō ē homo mouet᷑

Homo currit ꝗ hō mouet᷑ — Contrarie — Non ſi hō currit homo mouet᷑

ſubalt ne — Contra dic torie — Contra dic torie — ſubalt ne

Si homo currit hō mouet᷑ — Subcōtrarie — Nō hō currit ꝗ homo mouet᷑

2. ¶ Alio modo materialiter: ſic quod in ſimili forma poteſt dari inſtantia: ꝓp ter identatitatem qualitatis: in modū qui ſequit᷑.

Cōdictionali affirmatiue contradicit ⎡ Expletiua ⎤ ⎣ Copulatiua ⎦ affirmatiua: cui⁹ vna pars cōtradicit conſequenti condictionalis.

Uerbi grā: hinc. Si hō ē hō mouet᷑ ꝯdicit illa ⎡ Nō currit licꝫ null⁹ hō mouet᷑ ⎣ Nō ē et nullus homo mouet᷑.

Copulatiua et diſiunctiua cōpoſite ex ꝑtibus contradicentibus contradicunt.

Id quod facile cernitur in hac figuratione.

Homo currit et hō mouet᷑ — Contrarie — Null⁹ hō ē et null⁹ hō mouet᷑

ſubalt ne — Contra dic torie — Contra dic torie — ſubalt ne

Nō currit vel hō mouetur — Subcōtrarie — Null⁹ hō ē vel null⁹ hō mouet᷑

Ratio huius oppoſitionis facile cognoſci poteſt ex paulo ante dictꝭ. Ad moderamen illorum accipiatur quod dicitur.

**Nota quod copulatiua et diſiunctiua compoſite ex partibus cōtradicentibus contradicunt.**

¶ Aequipollētia vero ī hypotheticis eodem modo ſumit quo ad primã regulã ſicut in cathegoricis. Scđm alias duas regulas nequit ꝓprie in eis ſumi aequipollentia ¶ Nec cōuerſio proprie illis conuenit: licet ſecundū quandã analogiã ipſis attribui poſſit. vt alibi diximus.

¶ Poſt enarratas paſſiones ꝓpoſitiōis hypothetice: explanabimus alias illius paſſiones. ſ. veritatem. falſitatem. cōtingentiã. neceſſitatem. poſſibilitatē. et impoſſibilitatem. Ubi animaduertendū quod in his paſſionibus cognoſcendis cōſyderanda eſt vis et conditio copule ex qua nō parum illarū noticia dependet

Ubi ſciendū qđ cōiūctio cōiūgens ꝑ
- Ordinem et faciens hypotheticam conſequentialem affirmatã: denotat ſequelam vni⁹ partis (.puta conſequentis.) ad alteram (.ſ. añs.) Id eſt añs non poſſe eſſe verū ſine conſequente.
  - Harum quedam
    - Nihil aſſerit: ſiue nullam ꝑtium (.i. nō denotat alteram partium eſſe veram.) ſed nudã ſequelã denotat. vt condictiōal'.
    - Utrãque partem aſſerit (.i. ſup̄ id qđ importat ſequelã ꝑtium denotat vtrãque ꝑtem eſſe veram.) Et harū quedam ſup̄ id
      - Nihil aliđ importat. vt Rōnalis.
      - Importat añcedens aliquo mō eſſe cauſam ꝯñtis: vt Cauſalis.
- Uim et faciens hypotheticam Nō ꝯñalem affirmata: cōiungit voces. Et quedã earū ſenſ⁹
  - Simul ꝯiungit (.i. denotat ita eē vtrãque vt copulatia.
  - diſiūgit vt ꝑcatur per ſuarum ꝑtium alterã.) vt diſiūctiua

His ſatis manifeſtū eſt: quod veritas propoſitionis cōdictionalis. falſitas. impoſſibilitas. cōtingentia vel neceſſitas. non eſt ſumenda ex veritate falſitate ꝛc. ſuarum ꝑtium materialiū: ſed ex ſequela cōſequentis ex añcedente. Nam ſi talis eſt habitudo cōſequentis ad antecedens quod impoſſibile eſt añcedens eſſe verum ſine conſequente Cōdictionalis affirmatia eſt vera: nō obſtante quod vtraque ſuarum ꝑtium ſit falſa. vt Si homo eſt aſinus homo eſt rudibilis. Si vero talis habitudo nō eſt: ſed añcedens poteſt eſſe verū ſine cōſequente ipſa eſt falſa non obſtante quod vtraque ꝑs ſit vera. vt Si Joannes legit ioãnes eſt in ſcholis. His ſequūtur quedam corrolaria.

1. Omnis condictionalis vera eſt bona conſequentia. et falſa mala. Et quia omnis conſequentia bona eſt nctia et mala impoſſibilis: nec aliqua eſt cōtingēs cōſequens eſt. Omnē condictionalem veram eſſe neceſſariã: et falſam impoſſibilem: nec aliquã eſſe contingentem.

2. Sepius cōdictionalis eſt vera et neceſſaria: cuius vtraque pars eſt falſa et impoſſibilis: et ediuerſo qñque ꝯdictionalis eſt falſa et impoſſibilis: cui⁹ vtraqꝫ pars eſt vera et poſſibilis. Exemplū primi. Si aſinus eſt homo aſinus eſt rōnalis. Secundi Si vrſula fert ſertum vrſula eſt virgo.

¶ Preterea ad rationalis affirmatiue
- Ueritatem
- Neceſſitatē

requirit añs nō poſſe eē verū ſine ꝯñte: et vtrãqꝫ ꝑtem eſſe
- Ueram: vt Homo ē animal ergo hō eſt ſenſitiuus.
- Neceſſariã. vt Deus eſt ergo deus ē ꝑfectiſſimū ens.

Falſitatem ſufficit añs poſſe eſſe ſine ꝯñte verũ vel alteram ꝑtem eſſe — falſam vt Petrus eſt bonus ergo petrus eſt doctus.
impoſſibilitatē — impoſſibilez. vt Hõ eſt aſin⁹ ergo homo eſt animal.

Ueritatem — requirit añs non poſſe eē verũ ſine ꝯñte: ꝛ vtrã — veram atque añs — ꝑcare aliq̃ mõ cauſaz ꝯñtis. nõ poſſe nõ eē cauſaz ꝯñtis.
Neceſſitatē — que ꝑtem eſſe — nec̃cariã

¶ Inſuꝑ ad cauſal' affirmatiẽ

Exemplũ vtriuſque. Quia ſol lucz dies eſt: hec. n. eſt vera et ſimul neceſſaria. Quo patet quod tria requirũt ad veritatem vl' neceſſitatem cauſalis: que patent ſua ſponte.

Falſitatem — ſufficit añs poſſe eſſe vm̃ ſine ꝯñte: vel altera ꝑtem eſſe falſam ſine añs nõ — eſſe / poſſe / eſſe — cauſaz ꝯñtis
Impoſſibilitatē

vt hec eſt falſa. Anna eſt ſterilis quia Anna eſt mulier.
Quo patet: quod plus requirit ad veritatē: ꝛ minus ſufficit ad falſitatē cauſalis quã rõnalis: et rationalis quã ꝯdictionalis. Quocirca cauſalis ſubalternat ſibi Rõnalem: et Rõnalis cõdictionalem. verbi gratia: hec eſt vera. Si homo eſt aſinus hõ eſt riſibilis. ſed nõ iſta Homo eſt aſin⁹ g̃ hõ eſt rudibilis. Sil'r hec ē vã. Hõ ct g̃ hõ mouetur. ſed nõ illa. Quia homo currit homo mouetur.

Ueritatem — ſufficit alterã ꝑtem pricipalem et materialē eē — veram. vt Hõ eſt aſin⁹ vel homo eſt animal.
Poſſibilitatē — poſſibilē. vt Homo ct vel homo eſt aſinus.
Neceſſitatem — neceſſariaz vel vnam alteri impoſſibilem.

¶ Preterea ad diſiũctiẽ affirmatiẽ

Nam omnis diſiũctiua conſtituta ex ꝑtibus repugnantibus (. i. nõ potentib⁹ ſimul eſſe veris.) eſt neceſſaria. vt Joãnes currit vel Joannes nõ currit. Sil'r illa eſt neceſſaria Sortes currit vel deus eſt.

Falſitatem — requirit vtramqꝫ ꝑtem pricipalē ꝛ matialē eē — falſam. vt Homo eſt aſin⁹ vel lapis eſt riſibilis.
impoſſibilitatē — impoſſibilez. vt Homo eſt aſinus vel lapis eſt lignũ.
Cõtingentiã — cõtingentē et alteri nõ incõpoſſibilē: vel ſufficit vnã eē ꝯtigentē q̃n altera eſt impoſſibilis.

Ueritatem — requirit vtrãqꝫ ꝑtem pricipalem et materialē eē — veram
Neceſſitatem — neceſſariam.
Poſſibilitatē — poſſibilez nec vnã alteri incõpoſſibilem.

¶ Ceterum ad copl'atiẽ affirmatiue

Exm̃ pmi. Pr̃ in diuinis g̃nat ꝛ eẽntia diuina nõ g̃nat. ſcdi Hõ eſt ſenſitiu⁹ et de⁹ eſt. Tertij Joãnes eſt alb⁹ ꝛ Joãnes eſt muſicus.

Falſitatem — ſufficit alterã ꝑtem pricipalē et materialem eſſe — falſam. vt Hõ eſt al' ꝛ hõ ē aſin⁹.
Contingentiã — Cõtingentē q̃n altera eſt nẽcia. vt Hõ currit et deus eſt.
impoſſibilitatē — impoſſibilē: vel vnã alteri incõpoſſibilez. vt Hõ eſt aſin⁹ et de⁹ ē. Itē Sor currit et ſor nõ currit.

# De paſſionibus ꝓpõis hyppo.

Omnis enĩ copulatiua cõſtituta ex ꝑtibus repugnãtibus eſt impoſſibilis
Quibus tandem patet veritas illius vulgatiſſimi verbi

Copulatiua / Diſiunctiua — ſequit̃ ꝑtem — debiliorem / fortiorem — et eſt ſimilis Cathegorice — vl'i / ꝑticl'ari

Eſt autẽ in hoc ſimilitudo

Sicut ad veritatem — vniuerſalis requirit̃ veritas oĩm ſiñ et ad ei⁹ falſitatẽ ſufficit falſitas vni⁹ ſingularis — ꝑticularis ſufficit veritas vni⁹ ſingularis et ad ei⁹ falſitatẽ requirit̃ falſitas omniũ ſingulariũ.

ſic ad veritatẽ — Copulatiue requirit̃ veritas oĩm ꝑtiũ et ad eius falſitatẽ ſufficit f'l'itas vni⁹ ꝑtiſ — Diſiũctiue ſufficit veritas vni⁹ ꝑtis et ad falſitatẽ requirit̃ falſitas omniũ ꝑtiũ.

Uniuerſa hec intelligenda ſunt de affirmatiuis. Nã de negatis aliter ſentiẽdum eſt. Ubi ſcias quod paſſiones ille nõ poſſunt facilius cognoſci in negatis quã ex affirmatiuis quibus cõtradicũt. verbi gratia: illa eſt falſa Non ſi Joannes ẽ homo Joannes eſt riſibilis: q2 ſua cõtradictoria eſt vera. Ita quoq3 illa Non homo eſt aĩal et deus eſt: eſt falſa q2 ſua contradictoria hõ eſt aĩal vel deus eſt: eſt vera. Similiter illa eſt falſa. Nõ homo eſt aĩal vel deus eſt q2 ſua contradictoria .ſ. Homo eſt aĩal et deus eſt: ẽ va ¶ Neque penes ꝑtes minus principales cognoſcenda eſt veritas ꝓpõnũ hypotheticarꝝ: q2 copulatia ſepius eſt vera cuius ꝑtes minus pricipales ſunt falſe. et diſiunctiua falſa cuius vna ꝑs minus principalis eſt vera.

Sunt autem partes — Principales materiales ꝓpõis hypothetice. que coniungunt̃ copula principali — Minus principales que ſunt ꝑtes ꝑtiũ principaliũ et coniunguntur ꝑ copulam minus principalem.

Exemplũ recipias in ſequẽti oratõe Omnes homines ſunt aſini vel homines et aſini ſunt aſini

Nam ſi copula principalis eſt coniunctio — Et eſt copulatiua vera cui⁹ ꝑtes principales ſunt Omnes homines ſunt aſini vel homines Aſini ſunt aſini ſed hec Omnes homines ſunt aſini eſt pars minus principalis — Uel eſt diſiunctiua falſa cuius ꝑtes pricipales ſunt. Oẽs homines ſunt aſini Homines et aſini ſũt aſini. ſed hec orõ Aſini ſunt aſini eſt pars minus principalis

Ad horum moderationem recipiantur ea que ſequuntur

Ad veritatẽ condictionalis requirit̃ et ſufficit quod antecedens nõ poſſit eſſe verũ ſine cõſequente. Quod etiam ſufficit ad eius neceſſitatẽ ¶ Ad falſitatẽ eius ſufficit q̃d añs poſſit eſſe verũ ſine ꝯſequente. Quod etiã ſufficit ad eius impoſſibilitatem ¶ Ad veritatẽ copulatiue requirit̃

vtrāqꝫ partē eſſe verā ·Sed ad eius falſitatē ſufficit alterā eius partē eſſe falſam. Ad veritatē diſiunctiue ſufficit alterā partē eſſe verā . Sed ad eius falſitatē requiriť vtrāqꝫ partem eſſe falſam

His ſolent deduci quidā modi arguēdi: quos in tertio libro recenſebimus vbi tractabiť de argumētatiōe. In locali vero et tꝑali paſſiones ille rectius et faciliꝰ cognoſcuntur ex copulatiuis in quas reſoluunť Hec pro pueris ſatis eſſe opinor .

Neminē preterea fugiat Coniunctiones et aduerbia ( :que poſſunt eſſe copule hypothetice ) quādoqꝫ coniungere ſimplices terminos .vt Homo ſi aſinus eſt rudibilis. Omnis homo vel aſinus eſt aſinus . Joannes et barbara ſunt vnus homo. Hoc modo orationes in quibus ponunť ſunt diſtinguende: poſſunt enī eſſe Cathegorice et Hypothetice. ſecundū aliā et aliam vſurpationē huiuſmōi coniunctionis vel aduerbij in modū qui ſequitur.

Cōiunctio Si coniungēs ſimplices terminōs poteſt ſumi dupliciter

Condictionatim quando exponiť per exiſtens qua in vſurpatione oratio in qua poniť eſt Cathegorica de cōditionato extremo ( id eſt ſubiecto vel ꝑdicato ) Sic hec eſt Cathegorica vera Omne aial ſi aſinus eſt rudibile quia valet iſtam Omne animal exiſtens aſinus eſt rudibile.

Condictionaliter et illatiue quādo denotat ſequelā vniꝰ ꝑpōis ex alia ſic oratio in qua poniť eſt hypothetica condictionalis . Ea in vſurpatiōe ſenſus prioris orationis eſt Si omne animal eſt aſinus omne animal eſt rudibile

Cōiunctio copulatiua cōiungēs ſimplices terminos. vſurpať dupliciter

Copulatim quādo denotat alterū extremorū cōuenire ambobus copulatis collectim et ſimul ſumptis . Sic oratio in qua poniť eſt Cathegorica de copulato extremo. Ea in vſurpatiōe illa eſt Cathegorica vera Barbara et Catherina ſunt plures mulieres

Copulatiue qn̄ denotat alterū extremorū conuenire ambobus copulatis diuiſim et cuiqꝫ ſeorſum. ſic oratio in qua poniť eſt hypothetica copulatia. Hac in ſignificatione prior oratio eſt falſa Nam valet. Barbara eſt plures mulieres et Catherina eſt plures mulieres que eſt copulatiua falſa .

Cōiūctō diſiūctiua cōiungens ſimplices ť̄minos vſurpatur duobꝰ modis

Diſiunctim. quādo denotat diſiunctum ex vtroqꝫ cōiunctorū verificari de altero extremorū vel econuerſo. ſic oratio in qua ponitur eſt Cathegorica de diſiuncto extremo . Ea in ſignificatione hec eſt Cathegorica vera . Omnis propoſitio eſt vera vel falſa Nam valet De qualibet ꝑpōe verificať hoc diſiūctum verum vel falſum:

Diſiunctiue quando denotat vtrūqꝫ diſiunctorū ſeparatī vel ſeorſum verificari de altero extremorū vel econuerſo . Sic oratio in qua poniť eſt hypothetica diſiunctiua. vt ſenſus prioris orationis eſt . Omnis ꝑpō eſt vera vel omnis ꝑpō eſt falſa.

Hec diſtinctio diligenter eſt obſeruanda . quia valet ad cognoſcendas verita=tes et falſitates multarum propoſitionum . Ad hunc ſenſum recipiatur ſequẽs textus

Nota quod iſte coniunctiones Et : Si : Uel : Quãdoq; coniungunt terminos Quãdoq; vero ꝓpoſitiões . Quã do coniungunt terminos faciũt ꝓpões cathegoricas de condictionatis : copulatis vel diſiunctis extremis . Sed quando coniungunt ꝓpões faciunt hypotheticas vt ſu pra dictum eſt.

# Libri Tertij ꝓambula

Jbro tertio ꝑquirūtur argumentationiſ: ſiue
conſequentie ſpecies vel genera: et logice cōdictiōes. Quid autē
Argumentatio ſit ſiue cōſequentia: quot et que ſint paſſiones lo-
gice eiuſdem ſatis ex ꝓhoemio liquet. Pro quorū clariori intelli-
gentia ſcias. argumentationū ſiue conſequentiaꝝ quandam eſſe bonā: alteram
malā: et vtriuſq; multa genera.

Nam quedam eſt
- Bona ꝛ haꝝ quedam eſt
  - Probatiua tm̄
  - Illatiua tm̄
  - Probatia et illatiua ſimul. Harum quedam eſt
    - Demonſtratiua vel doctrinalis.
    - Dyalectica
- Mala

¶ Bona eſt: que non deficit a ratione bone conſequentie.

¶ Probatiua tm̄: in qua eſt talis habitudo cōſequentis ad añs quod ex verita-
te antecedentis nobis nota deuenim⁹ in ꝯgnitionē veritatis cōſequentis que pri-
us erat nobis ignota vel minus nota. vt Anna eſt pallida ǵ Anna pepit. Hec a
multis vocatur Cōſequentia vt nūc bona. Rhetorica. Materialis. et Perſuaſi-
ua. Quo ſequiť: argumentationē probatiuā ſolū conſtitui ex ꝓpoſitionibus ve-
ris. Neque id ſufficere: ſed ſimul requiri quod veritas añcedentis ſit magis no-
ta quā ꝯſequentis: qm̄ ꝓbare eſt verū magꝫ notū per verū minus notū oñdere.

¶ Illatiua tm̄ in qua eſt talis habitudo cōſequentis ad añcedens quod impoſſi-
bile eſt antecedens eſſe verū ſine cōſequente. vt Joannes currit ǵ Joannes mo-
uetur. Hanc Orathores Formalē vocant et Neceſſario illatiuā. Que ṽo ad hāc
requiranť ꝑquiritur in duobus libris priorum Ariſtotelis.

¶ Demonſtratiua vel doctrinalis in qua ex añcedente neceſſario vero: et euiden-
ter vel clare cognito: certitudinaliter et firmiter cognoſciť conſequens eſſe verū
ꝓpter euidentem et neceſſariā ſequelā ipſius ex añcedente. vt Omē anial rōnale
eſt riſibile. et Homo eſt aial rōnale: ǵ Homo eſt riſibilis. Hec ſolū conſtat ex an-
tecedente neceſſario vero nō potente falſificari. expientia vel aliter clare et euidē-
ter cognito. Et gñat ſcientiā. Nam noticia cōſequentis in hmōi argumentatio-
ne diciť ſcientia et noticia ꝓpoſitionū antecedentis expientia vel intellectus. De
hac tractatur in duobus libris poſteriorū analyticorum.

¶ Dialectica. per quā conſequens cognoſciť eſſe verū: nō quidem certitudinali-
ter et firmiter ſed quaſi cōiecturatiue et ꝓbabitur cum formidine de veritate ſui
oppoſiti et ſui falſitate: ꝓpter neceſſariā ſequelam ipſius ex añte non neceſſario
vero. nec clare et euidenter cognito. ſed iudicato vero ab omibus. pluribus vel
ſapientibus. vel ex añte neceſſario ꝓpter ꝓbabilem et veriſil'em ſequelam conſe-
quentis ex añte. vt Omis mater diligit filiū ſuū. et Catherina eſt mater. ǵ Ca-
therina diligit filiū ſuū. Hec conſtat ex añte iudicato vero ab omibus. plurib⁹.
vel ſapientibus. quod diciť ꝓbabile et gñat opinionem. quia noticia cōſequentiſ
diciť opinio (.i. aſſenſus cum formidine.). De qua tractať in octo libris topico.

¶ Mala que deficit a ratiōe cōſequētie: ſiue ratione
- Illationis. vt Anna eſt pallida ǵ Anna pepit. que non eſt bona illatiua.
- Probationis vt Hō eſt aſinus ǵ homo eſt rudibilis. Hō eſt riſibilis ǵ aial rōnale eſt riſibile neutra .n. eſt ꝓbatiua qm̄ in prima tam añs quam conſequens eſt falſum. quod nec ꝓbat nec ꝓbať. In ſcđa vero añs nō eſt notius ꝯñte ſed eque ignotum.
- Utriuſq; .ſ. ꝓbationis et illatiōis. vt Hō eſt q̄drupes ǵ homo eſt aſinus. que nec eſt bona illatiua nec ꝓbatiua.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495009-p0108-7

# De arḡtatione et ꝯña in genere

¶ Preterea qñ conſequentia mala habet appātiam bonitatis. ſic qḋ ꝯſequēs falſum creditur eſſe verū ꝓpter antecedens verꝫ vel falſuꝫ appns verū. ⁊ propter appātem ſequelam vnius ex alio: vocatur argumentatio ſophiſtica. vt Quicqd fuiſti adhuc es. et Puer fuiſti. ḡ Puer adhuc es. vbi eſt defectus in illatione. et dicitur peccare in forma. Item Quicquid incepit eſſe factū eſt ex alio. ⁊ Mūdus nō eſt factus ex alio. ergo Mūdus non incepit eſſe. vbi eſt defectus in ꝓbatione quia antecedens non eſt verū. et dicit̄ peccare in materia.

¶ Ne tñ libellus iſte (. qui pro pueris et primū incipientibus in logica editur.) rationem compendij excedat et prolixitate ſua auditores abſterreat. omiſſa argumentatione probatiua. vel hac paſſione eſſe probatiuū. dicemus hoc loco ſolum de argumentatione illatiua. ſiue de hac ꝓprietate argumentiōis que eſt eē illatiū ꝯñtis ex añcedente. Eſt aūt argumentatio illatia (vt pauloante dixim⁹.) in qua eſt talis habitudo ꝯſequentis ad antecedens quod antecedens neceſſario infert ꝯſequens. ſic quod impoſſibile ſit antecedens eſſe verꝫ niſi et ꝯſequens ſit verū. Talis. n. habitudo vel illatio conſequentꝫ ex añte (. ſiue neceſſaria ſequela ꝯſequentis ad añs.) ſufficit ad bonitatē argumentatōis illatiue. nec refert añs vel conſequens eſſe verū vel falſum. Non aūt requirat̄ econuerſo quod ꝯſequens ſic inferat añcedens. niſi ſit conſequētia mutua. Ex his ſequūtur qdā corrolaria.

1. ¶ Si añs alicui⁹ conſequētie eſt verū neceſſario ꝯñs eſt verū. ſed nō econuerſo ſi ꝯſequens eſt verū añs eſt verum. quia conſequens pōt eſſe verū et añcedēs falſum. Hoc aliter ſic dicit̄. Poſito añtecedente alicui⁹ ꝯſequentie bone neceſſario ponitur conſequens illius ꝯſequentie. ſed nō ſic poſito conſequente ponit̄ añs.

2. ¶ Si conſequens alicui⁹ conſequentie eſt fl̄m neceſſario añs illius erit fl̄m ſed non econuerſo ſi añs eſt falſum conſequens erit falſum. Hoc aliter ſic dicitur Deſtructo conſequentie alicui⁹ ꝯſequentie neceſſario deſtruit̄ antecedens. Sed nō ſic deſtructo añte deſtruitur illius conſequens.

3. ¶ Qñcūque in aliqua ꝯña ex oppoſito ꝯtradictorio ꝯſequentis ſequit̄ ↄ̄tio oppoſitū ꝯtrariū vel ꝯdictoriū añtis. Vel oppoſitū ꝯtrariū vel ꝯtradictorium conſequentis repugnat añti illius ꝯſequētie (. i. nō poteſt ſimul ſtare in veritate cū antecedente.) certū eſt conſequentiaꝫ hanc eſſe bonaꝫ illatiuā. Verbi gratia hec ꝯſequentia eſt bona. Homo currit. ḡ Hō mouet̄. q2 bene ſequit̄. Null⁹ hō mouet̄. ergo Null⁹ hō currit. Etiā illa. Nullus hō mouet̄ nequit ſil̄ eſſe vera cū iſta. Homo currit. Cui⁹ ratio eſt. quia añs non poteſt eſſe verū ſine conſequente Id quod explicat̄ ſequentibus duabus regulis.

1. **In omni conſequentia bona et neceſſario illatiua ex contradictorio conſequentis ſequitur contrariū vel contradictoriū antecedentis.**

2. **In omni ꝯña bona et neceſſario illatiua oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti.**

His facile intelligi poſſunt que Ariſto. 2. priorū libro ſcripſit

H

In omni ꝯſequentia bona ex antecedente falſo [ſlm / vex] ꝯñs ſequi pōt: quia cō tradictoꝛium hui⁹ eſt [verū / ſlm / ſlm] q̄ repugnat antecedenti. vero nil niſi verum

Nam falſum omni tam falſo quā vero repugnat: vex autem nulli: ſed om̄e vex vero conſonat.
His rurſus alia ſequūtur coꝛrolaria.

1\. ¶ Quia omnis ꝓpoſitio mūdi repugnat añti impoſſibili: Jccirco oīs ꝯña cui⁹ añcedens eſt impoſſibile eſt bona. qualecūque fuerit cōſequens. vt Homo eſt aſinus. ergo Homo ridet. Hoc eſt quod dicit͛. Ad impoſſibile ſequit͛ q̄lıbet

2\. ¶ Quia ꝓpoſitio neceſſaria ſtat in veritate cum omni pꝛopoſitione et eius contradictoꝛiū (. quia impoſſibile.) omni ꝓpoſitiōi repugnat. Jccirco oīs ꝯña cuius cōſequens eſt neceſſariū eſt bona. qualecūque fuerit añcedens. vt Homo currit. g̃ deus eſt. Hinc dicit͛. Neceſſariū ſequit͛ ad quodlibet.
Quibus manifeſta eſt explanatio ſequentium regularum.

**1. Quicquid ſtat in veritate cū añte bone ꝯñe illud idem ſtat in veritate cū cōſequente. Et quicquid repugnat cōſequenti etiā repugnat añcedenti eiuſdem.**

